pluntur si filius decedens filios non habuerit: sed si ipse stipulator filios nō habuerit patet quia dum loquitur de filijs loquitur per verba pluralis nūeri: patet ibi si filios masculos legitimos et ibi decesserint: et tamen in singulari ponitur verbum habuerit ibi non habuerit vel si habuerit etc. ideo non potest dicta conditio referri ad filios de quibus locutus est in plurali salua ratione recti sermonis: prout salua debet esse cum potest. l. plautius de auro et ar. leg. Refertur ergo ad stipulatores: ideo dicta conditio sub qua vocatur filie deficit quia stipulator filios habuerit et habet qui inuitantur ex primo capite conuentionis. Et illa conditio si filij decesserint: non verificatur si vnus tantū decesserit sed si omnes decesserint cum illa pluralis locutio non verificetur in vno. l. inter illam. in fin. de verbo. signi. et regula pluralis locutio in vj. Sed illa inde finita equipollet vniuersali. l. si pluribus de lega. j. c. qr circa. de pri uil. et ca. si romanor. xix. dis. qd et deprehēditur ex primo capite stipulationis quo vocantur solum masculi vsqz in tertiā generatione masculinā: ita qd si vno decedente cū filiabus supersunt alij qui ex mēte stipulatoris excludunt feminas qd aperte demōstrat ex primo capite stipulationis. vnde succedit theorica que tradit in. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. et in. l. pen. C. de impu. q habet qd hmōi conditiones si decesserint etc. relate ad plures si verificat in vno et non in omnibus distinguitur vtrum supersit psona que ex verisimili mente disponentis excludat inuitatum sub dicta conditione quo casu defectā censetur conditio et cōsequenter ille inuitatus excluditur si vero nō superest persona que ex verisimili mente excludat illum inuitatum et tunc ille admittitur prout cōmuniter omnes concludunt in dictis iuribus. In proposito cū masculi ex verisimili mente disponentiū preferant feminis inuitatis sub conditiōe si filij decesserint: ergo non decedētibus omnibus superstites excludunt feminas per dictam theoricam. † Quod et in casu longe fortiori deciditur per text. in. c. j. de eo q sibi et heredibus mas. vbi casus quo quis stipulatus est sibi et heredibus masculis et his deficientibus feminis decessit stipulator vna tm̄ filia superstite et illa filiā decessit superstitibus duobus filijs quorū alter decessit superstitibus duabus filiabus alter vero superstite vno filio masculo: dubitatur an portio illius qui decessit cū filiabus deuoluatur ad filias: an vero ad filium alterius fratris: et decidit qd ad filium fratris: licet iam fuerit factū feudū femineū fortius in casu nostro in quo feudum nunq̄ deuolutū fuit ad feminā et in quo verba inuitantia masculos nō sunt minus vrgentia pro masculis: imo aliquātisper magis vrgētia: et hoc idem similibus terminis in emphyteosi volunt Federicus de senis in supra allegatis consilijs. † Nec ob. tex. d. c. j. de fratribus a capi. inuest. qr ibi loquitur quādo plures fratres fuerunt ab initio inuestiti cū hoc qd donec ipsi vel eorum heredes masculi viuerent et masculis deficientibus femine si superessent feudum haberetur: tūc si vnus decedit cū filia et altero fratre suā portio deuoluitur ad filiā non ad fratrem. nos vero loquimur quādo vnus fuit insolidum stipulatus et postea deuoluit in plures. quo casu loquitur tex. d. c. j. de eo qui sibi et heredi. ma. et femi. Et est ratio diuersitatis quam pōderat tex. in. d. c. j. de duobus fra. a capi. inue. qr quando plures fratres querunt ab initio et stipulantur pro se et heredibus suis quilibet censetur stipulatus partem suam primo pro suis heredibus: et eis deficientibus pro fratre et eius posteris si verba pacti ad fratrē etiā trahūtur: alias vno fratre defuncto ad alterum vel eius posteros nō deuolui portio fratris defuncti vt est expressum in. c. j. de fratri. de nouo benefi. inue. et in. c. j. de benefic. fratris et qualiter fra. succe. in feudo. itaqz pactum qd frater succedat est contra regularem naturam feudi: prout qd femina succedat: sz quādo est vnus stipulator: ipse censetur stipulatus suis posteris sub quibus cōprehēdūtur et masculi et femine: et sic cessat ratio pōderata in tex. d. c. j. de fratribus a cap. de nouo benefi. inue. † Item non est contra naturā feudi qd masculi inuitent. put qd femine: et ideo militat. d. c. j. de his q sibi et heredi. suis mas. et femi. Et maxime in casu nostro in quo supersunt filij masculi stipulatoris ita qd feudum nunq̄ deuenit ad feminā. Nec ob. d. c. j. de natur. succe. feu. quia ibi supsunt masculi de eadē linea eius ad quos feu. deuolutū fuit ex diuisiōe. ita in casu isto si supessent filij masculi ex eo qui ex diuisione emphyteoticā rem totā percepit: sed quia non supest masculus ex illa linea veniūt alij masculi ex alijs lineis. Non ob. qd cōtrahentes censentur se conformare cū dispositiōe iuris: qr verum est regulariter in dubio: sed vbi pactū est in cōtrarium: cessat dicta coniectura: † in rebus eīm incertis est locus coniecture non autem in rebus certis. l. continuus. §. cum ita. in fin. de verbo. obli. † Et insuper in iure feudali nō succedunt femine nisi quatenus ex pacto inuitant vt in ti. de succe. feudi. c. j. §. filia. et. c. j. §. ad filias. de gradi. succe. in feu. † Et si inuitantur filij et filie femine demum inuitantur si masculi non supersunt. d. §. filia. et in ti. epm vel abbatē. c. j. § quinetiā. et in. d. c. j. de eo qui sibi et heredi. suis masc. et femi. quare ex his intrepide tenendum restat qd filie nō succedāt. † Sed dubitatio est: an nepos ex fratre premortuo succedat vna cum fratribus et constat qd ab intestato equaliter succedit filius fratris premortui et frater. autentica vt fratrū filij. in rubro. et nig. Et similiter in feudo est expressum in. c. j. §. his vero. de gradi. succes. in feudā in emphyteosi autem videtur secus quia videtur quod proximiores vocentur. ar. l. cū ita legatur. §. in fideicōmisso. de lega. ij. et. l. peto. §. fratre. eo. titu. Et ideo cū frater sit proximior in gradu ideo preferat nepoti ex fratre: put hoc in terminis similibus decidit Bal. in. d. §. in fideicōmisso. ordine enim successiuo inuitantur vt dictis iuribus et in. l. fi. C. de verbo. signi. Ideo pmo stipulator. secundo filij stipulatoris. tertio nepotes dicit Ponta. in consi. xxij. fm qd quidam allegant. et hoc idem dicit in cōsi. incipien. visa facti serie in prin. mihi in ordine. xxxiij. facit. l. cum pater. §. a te peto. de leg. ij. et. l. heredes mei. §. peto. ff. ad trebel. tamē his nō ob. contrarium puto verius: quia nepos in succedendo intrat locum filij premortui quādo succeditur ascendenti. §. cum filius. insti. de here. ab intesta. et similiter in locum fratis suiqz patris quādo succedit patruo. d. auf. cessante. et se. proxima auf. post frēs. Et put in hereditate isto modo succeditur ita in emphyteosi prout firmat in simili glos. in. d. §. in fideicōmisso. in qbus proximiores ex iure dispositione admittūtur: et tamē frater cōcurrit cum nepote ex altero fratre premortuo put cōcludit gl. ibi quā approbāt ibi Imo. et Pau. de cast. Barto. ibi et Ang. transeunt: et ideo tacite videtur sentire qd glo. bene loquatur qr vbi gl. aliqd notabile et quotidianū firmat si male loquitur solent Barto. et doc. de ea facere mentionem vel lectores decipiat et talis decisio pbat ex illa theorica qd cōtrahētes et testator cēsentur se velle cōformare cū dispositiōe iuris vt put gradatim vocant ad successiōem ita et in huiusmodi dispositionibus: vt per Bar. in. d. §. si liberis. et per eūs alios in locis superius allegatis. et facit qd p Pet. de anch. post Bal. in. l. tres fratres. ff. de pac. et Panor. in. c. in presentia. de pba. et And. de iser. in. c. j. in quibus casi. feu. amit. Et in proprijs terminis in emphyteosi pluries cōsului et vidi ab alijs egregijs et insignibus doctoribus pariter cōsultū. Non obstant qd gradatim succedūt qr fatendū est: † tū filius fratris intrat scdm gradū: ideo gradatim succedendo pariter admittitur vt frater et de proximioribus iudicatur. Item gradatim inuitatur fm gradus successionis prout superius deductum fuit et satis pbat in. d. l. fi. de verbo. signi. vbi gradatim succeditur put exprimit ibi text. Et tamen enumerantur persone in quibus non cadit gradus cognationis sed gradatim intelligitur respectu ordinis succedendi prout et volūt ibi Rapha. fulgo. et Pau. de cast. et quod dicit Ponta. qd primo filij scdo nepotes intelligit quādo supersunt filij et ex eis nepotes. Laus deo.

Summarium super consilio. xxv.

1 Diuisionē factam inter fratres qui postea tenuerunt et possederunt quilibet suam partem quam diuisionem promisit cum iuramento et pena alter fratrum ratificari facere per nepotem ex alio fratre predefuncto infra certum tempus: an ex eo petere possit alter fratrum rescindi in eo quod ratificata non fuit iuxta conuenta per dispositionem. l. si quis maior. C. de transac. per totum.
2 Promisit verbum instrumento insertum interpretatur qd interuenit stipulatio.
3 Stipulatio est contractus nominatus.
4 Contractus nominati non rescinduntur propter cām non secutā ex non implemento alterius contrahentis nec penitentia.
5 Penitentia cessat quando contractus est plene impletus.
6 Uoluntas datur facto intelligi.
7 Ignorantia presumitur in alieno facto.
8 Ratificatio que mandato comparatur si facta fuerit post tempus statutū: an firmet actū q̄si videat posse retrotrahi ad euitādā penā.
9 Pacta siue conuenta iurata qui non seruat periuriū incurrit etiam de iure ciuili.
10 L. si quis maior. C. de transac. trahitur ad quecunqz pacta.
11 Iuramentum de iure ciuili est obseruandum. l. si quis maior dispositione. C. de transac.
12 Diuisionis contractus nil aliud producit ab initio nisi obligationem et actionem personalem vt tradantur res pro diuisis put ex contractu venditionis vel emptionis.
13 Contractus primeuam suscipiunt subsistentiam et initium in personam procuratoris mandato vel ratificatione mediante.
14 Actio per liberam personam alteri non queritur nisi cessione mediante vel mandato.
15 Possessio dominium non causat absqz titulo.
16 Contractus pro vno et pactum pro alio censentur correspectiui adeo qd resultat contractus innominatus.
17 Mora purgari potest intra modicum temporis.
18 Implementum siue conuenta qd quis fecerit vel non fecerit probandi onus competit qui dicit se impleuisse.
19 Diuisione facta quilibet possidendo suam partem: an censeatur contractum diuisionis ratificasse vt nō possit cōtradici in futurū.
20 Contrahentium animus etiam clausula generali non trahitur ad incognita et ignorata.
21 Mora purgari non potest vbi est dies certa expresse indita seu facta rei executione.

Consilium. xxv.

In nomine

In nomine domini nostri

[1] Jesu xpi. ¶ † In hac ꝯsultatione videt̃ primo aspectu dicendum ꝙ dictus contractus diuisionis sit ob[2]seruandus et nequeat rescindi ea ratione quia dictus contractus diuisionis fuit in stipulatione roboratus. † Nam verbum promisit in instrumēto appositū interpretatur ꝙ interuenit sti[3]pulatio. insti. de inutili stipu. §. si scriptū. insti. de fideius. §. fi. per gl. in. j. C. de vsur. † stipulatio est cōtractus nominatus z hoc cōstat z est verborum obligatio que ex stipulatione descēdit inter ceteras [4] obligationes validior vt inquit Cy. in. l. si ex precio. C. si cer. peta. facit optime tex. insti. de verb. obli. §. j. versi. que inde oritur. † z cōtractus nominati nō rescinduntur propter causam nō secutā et ex nō implemento alterius cōtrahentis. l. ea cōditione. C. de rescin. ven. z. l. inciuile. C. de rei vēdi. z. l. fi. ff. de cōdi. ob causam. nec ex pe[5]nitentia vt dictis iuribus z q̃ habentur ibi z in. l. si pecuniam. de cōdi. ob causam. † et insuper quādo cōtractus est plene impletus cessat penitētia: vt ꝓbatur in. d. l. si pecuniā. in prin. z no. Raph. fulg. z Christopho. de caste. in. l. fi. e. ti. dicētes ꝙ ideo nō est locus penitentie in donatione quia nō est donatio ante implemētum. l. senatus. de dona. causa mor. et facto implemēto cessat penitētia. d. l. si pecuniam. et si nō ratificauerunt intra tempus cōuentū fuit in mora faciēdi īplere nihilominus mora purgare potest. l. illud. de pericu. et cōmo. rei ven. z. l. semel mora. ff. solu. matri. z. l. si ita quis. §. seia. de verb. obli. cum si. Ideo postea ratificādo censeatur mora purgata z videtur ꝙ talis purgatio releuet ꝙ mora nō imputetur [6] moroso per dicta iura. † Et maxime quia dicta purgatio more videtur approbata ꝑ dictos Jacobū z Petrū q per plures annos possederūt dicta bona pro diuiso vt in dicto contractu diuisa fuerant z passi fuerūt ꝙ aduersarij possiderent pro diuiso partem eis vel alteri pro eis assignatā. Ex quo videtur sumi ꝙ illi ratificauerunt et ꝙ isti: videlz. d. Jacobus z Petrus acqeuerunt dicte purgationi more. facto enim datur voluntas intelligi. l. cum maior. in prin. z. §. falsus. z. l. respōdit. ff. rem ratam habe. z. l. repⁿhendenda. cum cōcor. C. de instit. z substi. sub cōdi. fac. z ꝓpterea nō videtur imputādū dictis Joāni baptiste Permatheo Octuiano et fratri Benedicto si intra bimestre nō ratificarunt prout cōuentū fuerat: z maxime nō videtur imputandū dictis Permatheo Octauiano et fratri Benedicto qui nō iurauerunt nec erāt obligati ratificare [7] nec forte prius q̃ ratificauerint notitiā habuerūt. † que quidē notitia cum in facto alieno agatur nō presumitur. l. verius. ff. de ꝓba. [8] l. fi. ff. pro suo. † nec illa promissio de rato censetur facta noīe illorū pro q̄bus de rato ꝓmisit. Sed nomine proprio nō enim astringebantur illi ad ratificandum sed qui gerit actum nomine alieno q astringit fidem suā ꝙ illi ratificabunt et si illi nō ratificant nō tenētur illi ad penā conuentā vel ad interesse. Sed procurator. l. si indebitum. z. l. fi. z quasi per totū. eo. ti. si itaqz illi postea ratificant videtur ꝙ ratificatio quo ad eos retrotrahatur z mādato cōparetur. l. fi. C. ad mace. z. c. ratihabitio. de reg. iur. in. vj. Et ideo licet Joannes baptista nō seruauerit promissionem de rato: tñ Permatheus Octauianus z frater Benedictus niti possint ex dicta diuisione.

[9] † Tamē his non obstātibus contrarium arbitror de iure verius nam cum ꝑsupponat̃ ꝙ dictus Joannes baptista maior tūc. xxv. annis iurauerit obseruare oīa per eum cōuenta ꝓut z est de more in cōtractibus sup quibus fiunt instrumēta: vnde si nō obseruauit per eum cōuenta ipse incidit in periurium in penas sancitas per [10] singularē dispositionem. l. si quis maior. C. de trāsac. † que lex licet loquatur de trāsactione z sit situata sub titulo de trāsactionib⁹: z per ꝯñs videat̃ adaptāda ad subiectam materiam tituli iuxta. l. imperatores. de i diem adiec. z in proemio sexti ibi cōgruis subdere titulis. z per glo. in. l. fi. in prin. ff. de cōdi. inde. z in. c. j. z. c. ab arbitris. de offi. deleg. lib. vj. tamē non restringitur solū ad contractum transactionis: sed generaliter loquitur in omnibus pactis vt patet dum dicit aduersus pacta vel transactiones z ibi pactis probatur inserta z ibi ex pacto vel trāsactiōe z ibi pacti iura z postea ibi placitis. et in fi. ibi pactionū cum enim toties generaliter facit mētionem de pactis nō est tradendū ꝙ sine ministerio: sed quia nolebat [11] se restringere ad trāsactionē. † Et principale fundamētum illius legis videtur esse in periurio ꝙ nō magis militat in trāsactione q̃ in alijs contractibus. Ideo illa lex debet generaliter intelligi z ita firmat Bar. ibi. i fi. z idem tenent doct. z est ipsa veritas prout ibi dicit Bal. in fi. ꝙ et tenent alij moderniores cōiter oēs z ita legendo z pluries cōsulendo tenui. et inter cetera disponitur in illa lege: ꝙ qui nō impleuit cōuenta z sic incidit in periuriū priuatur omni iure qđ cōsecutus fuerit ex illo cōtractu vt est tex. ibi actione priuatus z ibi rerum proprietate careat et emolumento qđ ex pacto vel trāsactione illa fuerit cōsecutus. z illa mox retransferūt̃ ipso iure in eum qui obseruauit: vt est expressum. in versi. immediate sequenti. Item qui nō seruat punitur in pena cōtractus vt est expressum ibi itaqz ipse tenetur ad obseruantiā contractus tenetur ad penā. et perdit iura omnia que ex illo cōtractu fuerat consecutus prout hec omnia aperte probātur in illo tex. et idcirco dictus Joānes baptista qui iurauit si nō fecit alios intra tēpus conuentū ratificare z facere qđ cōuentū fuit perdit iura que ex illo cōtractu diuisiōis fuerat cōsecutus et sic portionē que in portione sibi obuenta pri⁹ spectabat. z illa portio ad prefatos dñm Jacobū z Petrū deuoluit̃ z tenetur ad penā conuentā: z quicquid aliud ex cōtractu illo fuerat cōsecutus ꝓut hec omnia ꝓbātur in illo tex. et tamē nihil retrāsfertur in eum qui nō seruauit: z per ꝯñs remanet cōtra eum cōtract⁹ in sua virtute z subsistētia z in ei⁹ fauorē z cōmodū euanescit: vt ibi probatur z volūt ibi docto. [12] † Ex quo infertur qđ cum cōtractus diuisionis ab initio non aliud ꝓduxerit nisi obligationē et actionē ꝑsonalē vt res tradātur ꝓ diuisis prout ex cōtractu emptionis z venditionis. l. j. ff. de acti. emp. z. l. fi. ff. de ꝯhē. emp. [13] l. traditiōib⁹. C. de pac. ad hec. l. diuisiōis placitū. ff. de pac. † et cū contractus primeuā subsistētiā suscipiant z initium in personam procuratoris. l. quecūqz gerimus. ff. de act. z obli. z de ꝑsona ꝓcuratoris trāsitū faciant in personā dñi mediāte mādato vel ratihabitione qñqz ipso iure qñqz mediāte cessione: z regulariter obliga[14]tio † z actio per liberam personā alteri nō q̃ratur nisi mediāte cessiōe. l. j. C. per quas ꝑsonas nobis acqui. z. l. pos. §. z si posses. ff. de acqui. pos. item apud procuratorē cōsistit facultas mediante titulo z iure qđ habet ex titulo querēdi possessionē z dominiū dño p̄cedente mādato vel ratihabitione. d. l. j. C. ꝑ quas ꝑsonas no. acq. et. l. certe. §. j. de p̄ca. et insti. per q̃s personas no. acq. §. ex his itaqz. Istud itaqz ius qđ re aut spe ante ratihabitionē cōsistebat apud Joannem baptistam qui pro alijs stipulatus fuit ipso iure: fuit amissum z sublatū et retranslatū in ipsos dñm Jacobū z Petrū: qui ex eorū parte obseruauerūt sublato eo qđ apud Joānē baptistā residebat: z sic fundamēto z initio ipsi⁹ ꝯct⁹ qđ residebat apđ ipsum Joannē baptistam z per ꝯñs sublata obligatiōe z actiōe que resultabat ex titulo remanet acquisitio possessionis subsecuta sine titulo. et per ꝯñs dominiū pro indiuiso remanet apud dictos dñm Jacobū z Petrū pro portionib⁹ quas prius habebāt ante diuisionē in rebus que ex diuisione tetigerūt in partē dictis Joāni baptiste et fratribus. [15] † Qm̄ secutio possessionis sine iusto titulo nō causat dñij acquisitionē. l. nunq̃ nuda. ff. de acqui. rerū domi. si itaqz dicti fratres nō ratificauerūt tp̄e debito f̄m tenorem ꝯctus ratificādo postea cum iam sit sublatū fundamētale initiū non potuerunt dominiū ex causa diuisionis q̃rere pro partibus que erāt apud dictos Jacobū z Petrum. Ex quo resultat: qđ dict⁹ Joānes baptista in rebus sibi obuētis z fratrib⁹ habet portionē quā ante diuisionē habebat et nō maiorē: z illā habet pro indiuiso cū fratribus z cum dño Jacobo z Petro. illā eum prius habebat et non fuit eam cōsecutus ex cōtractu. item dicti dñs Jacob⁹ z Petrus in rebus eis obuentis ex ꝯtractu diuisionis habent z portiones eorū z portionem que ante diuisionē spectabat ad dictū Joānez baptistā z illas pro indiuiso cū fratribus dicti Joānis baptiste. illi em̄ qui nō iurauerūt z nō erāt obligati ratificare licet ex cōtractu nō ratificato nihil etiā amiserunt. vnde inter eos dñz Jacobū z Petruz debēt esse portiones ꝓut prius erāt ante diuisionez. [16] † Nec obstare videtur qđ cōtractu diuisionis fuit vallatus stipulatione z sic fuerit deductus in contractū nominatū: z in ꝯtractibus nominatis nō sit locus penitētie nec sit locus cōditioni ob causam vt in cōtrariū deductū est quia licet hec procedāt regulariter: tamē fallit in cōtractu stipulationis interposite sup contractu innominato: nam in illa est locus cōditioni ob causam ꝓut in cōtractu innominato ꝓbatur in. l. si quis accepto. z in. l. si mulier. de [17] cōdi. ob cau. z no. Bar. in. d. l. fi. ff. eo tit. † nec ob. qđ pōt mora purgari quia respondetur qđ licet al's mora purgari possit tñ hoc casu mora purgari non potest pluribus rationibus. primo: q2 mora eo casu, quo purgatio ꝑmittit̃ purgari pōt intra modicū tempus z nō post lapsuz tēporis immodici. l. z si post tres. cū sua gl. ff. si q̄s cau. d. l. si ita quis. §. seia. ff. de verb. obli. Sed in casu isto nō sum⁹ intra modicū tempus: nam conuentū fuit qđ intra tēpus duorū mensium Permatheus Octauianus z frater Benedict⁹ ratificabunt dictam diuisionē z omnia z singula in ea cōuenta z iaz sunt elapsi vltra sex anni z octo mēses z non apparet fuisse factā ratifi[18]cationē. † Et onus ꝓbādi qđ impleuit qđ conuentū fuit pertinet ad partē dicti Joānis baptiste qui id ꝯuenit z nō ad dictos dñm Jacobū z Petrū quibus obseruari debebat per no. ꝑ gl. z doct. in. l. ij. C. de iure emphy. z ꝑ Bar. z docto. in. l. hoc iure. de verbo. [19] obli. z ꝑ doct. in. c. potuit. de loca. † Et si dicat̃ dicti fratres possidendo pro diuiso cēsentur re ipsa ratificasse q2 ratificatio nō soluz verbis sed z re ipsa z sic facto pōt fieri z ostendi. d. l. rñdit. rem ra. ha. z possessio ꝓ diuiso postea ꝯtinuata censet̃ habita z haberi ex precedēti titulo diuisionis. arg. l. ij. C. de acqui. posses. z in. l. j. C. de impo. lucra. descrip. lib. x. z si ex illo ti. diuisionis censentur possidere z possessio non queritur nec retinetur sine animo. l. iij. in prin. z §. in amittēda. z. l. si q̄s vi. §. differētia. de acqui. pos. ergo p̄sumuntur habuisse animū qđ ꝯctus ille diuisionis sit ratus z si illa possessio pro diuiso probatur per illos habita intra duos mēses vel parum post cēseatur intra tēpus conuētū facta ratificatio vel mora purgata intra tēpus requisitū. respondet̃ qđ ꝯctus ipse diuisiōis

continet nō solū simplicē diuisionē sed etiā specialia pacta extrinseca puta ꝙ nullus possit vēdere partē suā ⁊c. item ꝙ quedā ꝑmutatio prius facta sit rata. Item ꝙ fructus illius anni essent cōmunes nō ob. diuisione que pacta potuerūt esse incognita ipsis fratribus ⁊ tñ cognita diuisio ⁊ si incognita fuerūt nō potuerūt illa
20 ratificare. † Cum nemo applicet animū ad ignorata. ar. l. mater decedens. de inoffi. testa. l. heres institutus. de acq. heredi. ⁊ ꝙ habetur in. l. cū aquiliana. de trāsac. ⁊ tamē ſm cōuentionē ratificanda erāt intra bimestre oīa ⁊ singula in ea ꝯtēta qḋ factū nō fuit: maxime ꝑsupposita ignorātia que cū sit facti alieni ꝑsumitur. l. fi. ff. pro suo. l. verius. de ꝓba. regula ꝑsumitur. in. vi. Preterea conuenit dictus Joānes baptista nō solū ꝙ ratificabunt intra bimestre. Sed etiā ꝙ similē cōtractū faciēt intra dictū tempus. vnde dato sine ꝑiudicio ꝙ censeantur tacite ratificasse: tamē nō cēsentur similem contractū fecisse intra dictū tempus nec parū post: cū adhuc
21 nō fecerint dictū contractū. † Itē in casu isto est dies cōuenta et pena ⁊ vbi est dies exꝑssa ⁊ pena nō potest mora purgari. l. traiectitie. §. de illo. de act. ⁊ ob. ⁊ per doc. in. d. l. ⁊ si post tres. ⁊ in. l. insulam. de verb. obli. Saly. in repe. l. semel mora. solu. matri. Tertio vbi est facta executio nō potest mora purgari: vt habetur in dictis iuribus per. l. si is cui de leg. ij. vt ⁊ no. ibi Bar. ⁊ doct. ⁊ ideo cum in. d. l. siquis maior. executio fiat ipso iure per illā legē prout ⁊ ibi no. Bar. ⁊ Bal. ⁊ doc. cōiter oēs. qui ꝓpter hoc notant in illo tex. ꝙ cessat ibi purgatio more: ideo cū in casu nostro militet dispositio. d. l. siquis maior. in cōsequentiā cessat in casu isto more purgatio. Et ꝫ ipsi possederint pro diuiso sperātes fortasse ꝙ aduersarij omnia implerent nō propterea vidētur approbasse purgationem more: ⁊ maxime cum adhuc mora nō sit purgata attētis iam dictis. nec obst. ꝙ Permatheus Octauianus ⁊ frater Benedictus nō erant obligati ratificare: nec iurauerunt: ideo si nō raficarunt nō incidūt iu penam conuentā nec in penas. d. l. siquis maior. que quidē fateor. Itē nō inficior quin dictus Joannes baptista nomine proprio ⁊ nō procuratorio nomine ꝓmiserit de rato ⁊ se nō fratres ad id astrinxerint: sed bene inficior ꝙ si dicti fratres quorū nomine foret Joānes baptista diuisionē: si diuisionē intra tēpus cōuentum nō ratificarunt frustra postea ratificāt cum diuiso illa vt dictū est initiū ⁊ subsistētiā primeuā haberet in ipso Joāne baptista: ⁊ ante ratificationē quicquid subsistētie habebat in ipso residebat: ⁊ illa per nō obseruantiā fuit extincta cū qcquid erat apud ipsum euanuerit ipso iure: ideo cū iam fuerit extinctus ꝯtctus diuisionis ex ꝑte Joānis baptiste nō potuit ratificari. p. s̄. dicta ꝓ hac ꝑte. ⁊ facit. l. bonorū. ⁊ q̄ ibi habenť. ff. rem ra. habe. Laus deo.

Summarium super consilio. xxvj.

1 ☞ Legatū liberationis a sorore factū fratribus de eo qḋ petere poterat ab eis occasione residui dotis sibi promisse et legitime si qua sibi debetur: an si postea reconualescat soror ⁊ dotis residuū soluerint fratres que deinde mortua est nō mutato testamēto debeatur dictū legatum ⁊ sit solutū repeti. per totum consilium.
2 Legatū dicitur inutile qñ legatur quicquid habere debet a legatario vel tertio si nihil habere debet. fallit si sit quātitas expressa.
3 Dotis exigende actio cōpetit marito ⁊ non vxori cuius est dominus constante matrimonio.
5 Dotem non exactam maritus soluto matrimonio restituit actionem cedendo.
6 Legatum a creditore factum debitori reuocatur si postea creditor illud exegerit.
7 Legatū liberationis factū debitori per creditorē si reconualescēti soluerit debitor creditori debitū legatū nō censetur legato renūciasse vsqꝫ ad fi. cōsi. limitatur in ꝯtctibus ⁊ alijs dispositionibus.
8 Testator potest qñqꝫ equiuocare turbatus mortis cogitatione.
9 Ignorantia iuris magis toleratur in muliere q̄ masculo.
10 Dos dicitur mulieris patrimonium cuius censetur quodā modo domina vt de ea possit disponere.
11 Maritus ⁊ vxor censentur eadem ⁊ vna persona.
12 Dotē mulieri promittēs vel soluens donare cēseť: fallit si coacte.
13 Dotem maritus accipiēs videtur prius accepta ab ipsa muliere.
14 Legato eo qḋ ex testamēto sempronij debetur si ex dicto sempronij testamento nil debetur quia est nouatnm: valet legatum.
15 Falsum esse nō dicitur quod primordio veritatis iuuari potest.
16 Facere posse dicitur qui potest directe vel indirecte.
17 Mutatio voluntatis in dubio non censetur.
18 Legatū factū titio de eo qḋ sibi debet titius si titius soluerit testatori ⁊ receperit testator nō videtur ꝓpterea reuocatum. nu. seq.
19 Legatum quādo videatur reuocatū alienatione rei legate facta per testatorem.
20 Damni vel lucri excedentis nō est par ratio.

Consilium. xxvj.

1 In nomine dñi nostri iesu xpi. † Hec cōsultatio inspectis verbis testamēti videť satis clara. s. ꝙ dicti legatarij nullā actio: ē aut ius habeant vigore legati predicti: nā testatrix legauit suis fratribus omne ius qḋ habebat vel cōsequi posset tpe mortis cōtra dictos eius fratres: maxime suarū dotiū de qbus di
2 xit apparere instrumentū ⁊c. † Qñ aūt quis legat qcquid habere debet a legatario vel a tertio si nihil habere dꝫ nigil censetur legasse: ideo legatū reddiť inutile. l. si sic. §. sed si addiderit. de lega. ij. ⁊. l. legaui. de liber. lega. Et hoc siue expressa fuerit quātitas siue nō exꝑssa vt dictis iuribus: ꝫ secus sit qñ legat testator id qḋ ipse debet: nam tunc si exꝑssa est quātitas legatū valet secus si non est expressa ꝓut hic habetur in dictis iurib⁹. Et ratio differētie satis colligiť ex tex. d. §. ꝫ si addiderit. ⁊ ponitur ibi ꝑ glos. ⁊ clari⁹ per Bar. nam qñ testator legat id qḋ sibi debetur si id legatari⁹ sibi debet cēsetur legare liberationē quā prestare non pōt si ille non est obligatus: ⁊ sic deficit substātia eius qḋ legatū cēsetur: silr̄ si legat gaio testator centū que sibi titius dꝫ heres nō cogitur nisi actionē cedere quā haberet ad petēduꝫ centū: si itaqꝫ illā nō habet nō pōt cedere: ideo legatū inutile: sed qñ testator legat qḋ ipse ďbet heres cēsetur astrictus vigore legati dare quātitatē in legato expressam quā dare pōt licet nihil testator ďbeat: ideo legatū valet. ita declarat Bar. in. d. l. si sic. ⁊ doct. post euꝫ in ꝓposito cuꝫ testatrix legaret ius qḋ ipsa habebat ꝯ legatarios cū nihil iuris ipsa haberet vt deduciť: ideo legatū reddatur inutile: ꝙ aūt ipsa nullū haberet de
3 ducitur ex eo qꝛ nō ipsa stipulata fuit dotē: sed marit⁹. † ideo actio pro dote exigēda marito cōpetit nō mulieri. l. si pro te. C. de dotis ꝓmissione. et maxime cōstāte matrimonio: cū dos cōstāte matrimonio ad maritū spectet non ad vxorē. l. doce ancillā. C. de rei vē. cum marit⁹ onera matrimonij sustineat ⁊ pro oneribus matrimonij dos detur. l. pro oneribus. C. de iure do. ⁊. l. dotis fructus. ff. eo.
4 ti. ⁊. l. cuꝫ dotē. §. sin aūt in seuissimo. solu. ma. † ⁊ dos stare debeat apud eū qui onera matrimonij subit. l. si is. §. ibi dos. ff. ꝺ iure do. et dato ꝙ censeretur legasse id qḋ maritus debebat habere: tñ heres nō astringeretur nisi ad faciēdū ꝙ maritus liberationē cōcederet: vel heres cogeret maritū: vt actionē cederet cū maritus solu.
5 matri. dotē restituere teneatur. l. ij. ⁊ per totū solu. matri. † et dote nō exacta cessante culpa restituit cedēdo actionē. l. si extrane⁹. ff.
6 de iure do. ⁊ tunc heres ꝑstaret liberationē: † sed si pecunia debita exacta fuit nō potest ꝑstari liberatio: ideo legatū est extinctū: quia extīcta est substātia rei legate: ⁊ sic etiā tūc militat ratio supra allegata: prout ⁊ qñ legatur liberatio: nam tūc cēsetur reuocare legatum si debitū exigitur in vita testatoris. l. non solū. §. liberationis. de libera. lega. ⁊ hinc est ꝙ si creditor legat quātitatē quā ipse cōsequi debet si debitū in vita exigit extinguiť legatū. d. l. si sic. §. sed si addiderit. ⁊. d. l. legaui. ⁊. l. fideicōmissa. §. si rē. de lega. iij. vbi tex. distinguit vtrū mutauerit testator voluntatē exigēdo. An ꝟo nō mutauerit: nihilominus Bar. ibi notat ꝙ in dubio ꝑsumitur mutata volūtas ⁊ qḋ legatario incūbit onus ꝓbādi ꝙ nō fuerit mutata volūtas: que nō mutatio volūtatis non ꝑsupponitur ꝓbata
7 aut ꝓbari posse merito ⁊c. † Sed licet ista plurimū vigere videantur in cōtrariū: ⁊ rigor verborū videatur id suadere qḋ supra deductum est: tñ salua semꝑ veriori sñia videtur posse ⁊ debere ꝯtrariū cōcludi. Nam premittendū est ꝙ maxime fauendū est ⁊ inherēdū menti testantiū quorū nō reddit arbitriū iuxta. l. j. C. de sacrosan. eccle. ⁊ illa preualet verbis. l. cum virū. C. de fideicōmis. l. iij. §. cōditio. ff. de adimen. lega. l. iij. C. de libe. prete. cuꝫ infinitis similibus. Quinimo idem in cōtractibus. l. in cōuentionalibus. ff. ꝺ ver. sig. ⁊ gñaliter in qualibet dispositione. c. intelligētia. extra de ver. sig.
8 et. l. vbi pure. §. rogo. ff. ad trebel. † sed maxime in vltimis volūtatibus q̄ sepe celebranť a semimortuis ⁊ balbutiētibus. l. qm̄ indignum. C. de testa. et saltē cogitatione mortis mens turbata est cū quis testatur adeo ꝙ ď facili equiuocare pōt in verbis. argu. l. hac
9 cōsultissima. §. at cū humana fragilitas. C. qui testa. fa. pos. † ⁊ maxime mulieres in qbus iuris ignorantia ď facili cadit ⁊ tolleratur magis q̄ in mascul'. l. error. ff. ꝺ iuris ⁊ fac. igno. pōderata virtute dictionis nec: et sepe excusatur in feminis ⁊ non in marib⁹. l. j. §. fi.
10 ff. de edē. l. regula. §. ꝙ ⁊ in feminis. ff. ꝺ iuris ⁊ fac. igno. † Et attēto ꝙ dos etiā a iurisconsulto diciť patrimoniū mulieris. l. iij. §. sed vtrū. in fi. ff. de minor. ⁊ in. l. eum. ff. de relig. ⁊ sump. fune. dicitur quasi propriū: ⁊ ideꝫ videtur ꝓbari in. l. in rebus. C. de iure do. ⁊ licet reuera dos ⁊ bona dotalia sint viri. d. l. doce ancillā. ⁊ insti. quibus alie. licet. in princi. ⁊ licet dotis actio sit mariti. d. l. si pro te. tamen dicitur patrimoniū vxoris ⁊ ipsa cēsetur quodāmodo dña ⁊ de dote: vt ď rebus ꝓprijs mulieris censetur: vt in iuribus preallegatis. et eidē mulieri deseruit: qꝛ ꝓpter eam vir subit onera matrimonij inter que cōtinentur ⁊ alimēta ipsius. l. pro oneribus. C. de iure do. cum simi. ⁊. d. l. si cum dotē. §. sin autē in seuissimo. ⁊ cū dos deberet tūc dari ab ipsis fratribus: ꝫ dari deberet marito: tamen quia habita ꝑ maritū censetur esse mulieris: licet improprie per dicta iura: idcirco large loquendo verificari poterat: ꝙ ipsa deberet cōsequi a suis fratribus. Nō em̄ minus est impropriū dicere ꝙ bona dotalia sint vxoris vel dos sit patrimoniū vxoris q̄ vxor dicatur debere cōsequi dotē ab his qui pro ea ꝓmiserūt dotē marito ⁊ illā non tradiderūt: ideo cum illa locutio tolleretur in iuriscōsulto et in iurislatore forti⁹ ista dꝫ tollerari in simplici muliere; et saltem

vt actus

vt actus oīno non pereat: nam debet ea interptatio adhiberi per quā valeat id qꝺ agiť ⁊ nō pereat. l. quoties in stipulationibꝰ. de verbo. obli. ⁊ l. quoties. in actionibus. de rebꝰ dubijs. ⁊ c. si papa.
11 de priui. li. vj. † Coadiuuātur premissa qꝛ vir ⁊ vxor cēsentur vna caro. c. gaudeamꝰ. de diuor. ⁊ c. debituꝫ. de biga. Matthei. xiij. ⁊ hoc respectu si maritus habet ius cēseať ipsa vxor habere ⁊ maxime cedat ī sui vtilitatē ⁊ tandē sit ad eam deuoluendū. Et nō solū rei dotalis: sed etiā aliorū bonoꝝ mariti vxor qͦdāmodo est dn̄a. dicit tex. in. l. j. ff. rerū amo. ꝓpter qꝺ vxor excusatur ab actione fur-
12 ti: vt ibi. † Cōfirmať supradicta interpretatio: qꝛ ille que ꝓmittit vel soluit dotē pro muliere cēsetur donare ipsi mulieri si nō coacte ꝓmittit. l. fi. in prin. C. de iure do. ⁊ l. j. §. accedit. C. de rei vxo. act. ⁊ sic cēsetur quodāmodo dare vxori ⁊ vxor viro. arg. eorū q̄ habentur. in. l. iij. §. et si a debitore. ff. de dona. inter virū ⁊ vxo. ⁊ l. licet. §. quoties. ff. de iure do. ⁊ in. l. singularia. ff. si cer. pe. cū sua materia.
13 † Et sic ſm istā cōsiderationē videtur ꝙ si maritus accipit cēseať prius acceptū per vxorē ⁊ ab vxore deuentū ad virū ad hoc. l. ꝓfectitia. §. ꝙ si qs donaturus. ff. de iure dot. vbi est expꝛssum ꝙ si qs donaturus patri dat dotē pro filia: censetur dos a patre ꝓfecta: ⁊ sic cēsetur pater habuisse ⁊ dedisse marito. ad idem facit. l. dedit dotem. de colla. bonorū. vbi ꝓbatur ꝙ si auus paternus dat dotē nepti: qa illā dat propter filiū: censetur dos per filiū data: ita et si frater vel aliꝰ dat dotē marito siue animo donādi vxori: ꝓut est regulare vt dixi: siue qꝛ teneatur dotare: siue quia pater siue qꝛ frater si vult eam excludi ab hereditate qm̄ dat: vxoris cōtemplatione censeatur ab vxore ꝓfecta. arg. d. l. dedit dotem. ⁊ l. sꝫ ⁊ si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. ⁊ pupi. si censetur ab vxore ꝓfecta: ergo censetur prius data vxori ⁊ per vxorē viro: ⁊ sic ex q̄ illi erāt astricti ad dādū viro ⁊ dādo viro videtur dare vxori satis tolleratur si ipsa intelligat ꝙ debet cōseq ab ipsis ꝓmissoribus dotis ex quo si mari-
14 tus accipit fingitur ab vxore acceptū ⁊ datū p eam viro. † Sic ⁊ alˀs sustentatur legatū quadā imaginaria consideratione. in. l. cū filius. §. heres. ff. de lega. ij. vbi tex. dicit ꝙ si legatur titio id qꝺ ex testamēto sempronij debetur si ex testamēto sempronij nō debeť
15 aliqd quia est nouatū valet legatū qꝛ dicit tex. † ꝙ non censetur in totū falsum id qꝺ non caret primordio veritatis: sꝫ ergo vere nihil debeatur ex testamēto sempronij: tamē quia reuera debebať propter id qꝺ ex testamēto debitum fuerat sustentatur legatū improprīādo verba: ita in ꝓposito licet ipsa attēta rei veritate nō posset ab eis exigere: tamē quia maritus pro ea quodāmodo exigere poterat et exactā pecuniā censetur ipsa habuisse: potest dici ꝙ nō censetur in totū falsum ꝙ ipsa debeat consequi: ex quo illam censetur cōsequi mediāte persona mariti: et sic non obstat ꝙ actio pro dote dāda est marito non vxori per. d. l. si pro te: quia respōsio patet ex premissis: et insup si censetur legati liberatio ab illo debito liberatio ꝓrestari poterat: licet nō per heredē: tamē poterat heres curare ꝙ p̄stetur per maritū: ⁊ sic liberatio que cēsetur legata est qd qꝺ p̄stari pōt: ⁊ per ꝯn̄s hoc casu cessat ratio quam innuit iuriscōsultus ⁊ ponit glo. ⁊ clarꝰ Bar. ⁊ doct. in. d. l. si sic. §. sed si addiderit. et per ꝯn̄s cesset dictū per iura vulgaria: ⁊ maxime posset heres: qꝛ maritus teneretur ipsi heredi ⁊ liberaretur cedēdo actionē ⁊ cessa actione p̄stare potuisset ipse heres liberationē: ⁊ pro euitando circuitum ipse maritus verisimiliter liberasset ipsos legatarios si heres eum liberaret: et ideo heres censetur posse liberationē prestare.
16 † Posse em̄ facere censetur qui licet nō possit directo: tn̄ potest facere qꝺ possit. l. qui pōt facere qꝺ possit. ff. de regu. iu. ideo heres dicte testatricis cēseatur posse liberationē cōcedere que censebatur relicta dictis fratribus legatarijs. Est modo videndū: an p exactionem censeatur reuocatū dictum relictū ⁊ mutata volūtas: ⁊ nō ob.
17 adductis in cōtrariū dicendū puto ꝙ non: † cōstat em̄ ꝙ in dubio nō censetur mutatio volūtatis. l. eū qui mutatā. ff. de ꝓba. ⁊ licet per dictum legatū censeatur relicta liberatio prout supra deductū est ⁊ per solutionē censeatur extincta substātia eiꝰ qꝺ cēsetur legatum qꝛ non pōt amplius p̄stari liberatio cum dibitū sit extinctū: ⁊ id ius qꝺ cōsequi debebat a dictis eius fratribus erat iam sublatū tēpore mortis testatricis: nec tpe mortis aliqꝺ ius habebat nec habere sperabat aduersus dictos fratres: nihilominus ex qͦ tēpore testamēti cēsetur habuisse tūc: et per ꝯn̄s censetur legasse id qꝺ ipsi debebāt dare vigore instrumēti dotalis: vt. s̄. deductū est circa primam discussionē. Nec volūtas censetur mutata. ar. d. l. eum q mutatā. et qn̄ nō mutať volūtas testatoris licet debitor cōsequať alˀs liberationē puta per solutionē non ꝓpterea extinguitur relictū vt est expressum i. d. l. fideicōmissa. §. si rem. de leg. iij. Et hinc est ꝙ si legať sub cōditione debitori leberatio vel id qꝺ ipse debitor debet licet heres exigat pendente conditione: tn̄ non extinguitur legatū liberationis vel eius qꝺ legatarius debet prout est expꝛssum. i. l. nō solū. j. §. liberationis. de liber. lega. ⁊ l. si ꝙ. eo. titu. et tn̄ eueniente cōditione nō reperitur inesse id qꝺ legatū erat nec datur facultas
18 id prestādi. † Et similiter si testator qui legauit id qꝺ debebat habere recepit pecuniā debitā a sponte soluēte nō resultat reuocatio legati: vt est expressum. in. d. §. si rem: ita ꝙ legatarius dꝫ ab herede cōsequi quātitatē quā debebat tpe testamenti: ex quo em̄ nō pote-

rat creditor recusare quominus solutionē reciperet a sponte soluēte si recepit nō censeatur mutasse volūtatē et honorare legatariū
19 cōmodo legati iam facti: † prout distinguiť in alienāte rē legataꝫ qꝺ aut alienauit coacte ⁊ nō cēsetur reuocasse legatū aut sponte ⁊ tūc secus. l. rem legatā. ff. de adimē. leg. ita ⁊ distinguiť in receptione solutiōis qn̄ est legata liberatio vel id qꝺ legatariꝰ debet seu id qꝺ testator a legatario debet consequi: nam tūc distinguiť qꝺ aut testator exegit ab inuito: qꝛ tunc cēsetur volūtarie fecisse regulariter cēseť mutasse volūtatē ⁊ extinguiť legatū. d. l. fideicōmissa. §. si rem. et. d. §. liberationis. in prin. Aut testator recipit necessario: vt qꝛ a sponte soluēte: ⁊ tunc secus. d. §. si rem. ⁊ ibi Bal. ⁊ gl. in. d. §. liberationis. ⁊ in. d. l. si qꝺ. que loquūtur. et vbi expresse est relicta liberatio fortius ergo vbi tacite. Et pōt esse ratio: qꝛ testator legādo liberationē expresse vel tacite censetur habuisse respectū ad id a quo liberabat ⁊ sic ad cōmodū qꝺ ipse legatarius consequebať ex legato: ⁊ ideo nō censetur voluisse legatariū priuare illo cōmodo p actū quē non facit volūtarie: sed quadā necessitate coactus: nō tn̄ censetur oīno habuisse ſm ad dictū cōmodū qꝺ omnino censeatur relicta res que debebatur: ita qꝺ heres cogeretur illā dare si ab initio nō deberetur: sꝫ capitur quedā media via que sumitur
20 ex distinctione. d. §. si rem. ⁊ d. l. si sic. cū cōcor. † Et est ratio differentie: qꝛ si ab initio subest debitū et postea solutione extinguitur legatarius incōmodatur ⁊ testator cuius ꝑsonā rep̄sentat heres sentit ꝯmodū ex solutione: ideo de facili induci dꝫ qꝺ resarciať id dānū licet cesset lucrū: quia nō est par ratio ⁊c. l. fi. C. de codi. sꝫ qn̄ ab initio cessat debitū si heres cogeretur soluere quātitatē legatarius sentiret cōmodū et heres dānū. Preterea magis de facili res ab initio impediť q̄ ex post facto extinguať p ea que habent in l. patre furioso. de his qui sunt sui vel alie. iur. ⁊ c. ad apostolicam. de regula. cum concor. ad ꝓpositū cū in casu nostro dicti legatarij nō fuerint exacti: sed spōte soluerint marito dotē ei debitā scꝫ ipsi marito et vxori testatrici quodāmō debitā nō censeť testatrix mutasse volūtatē. Quinimo et si maritus exegisset ab inuitis idē videretur dicendū: qꝛ ipsa testatrix nō poterat ꝓhibere: ita qꝺ militat eadē ratio: prout qn̄ testatrix recipit a legatario spōte soluente. accedat etiā necessitudo inter testatricē ⁊ legatarios. ar. l. rē alienam. C. de leg. ⁊ l. si seruꝰ pluriū. §. fi. ꝺ leg. j. itē qꝺ aut audio dicti fratres pro quātitate debita dederūt insolutū q̄dā bona stabilia ⁊ dicta testatrix eadē bona locauit eisdē ⁊ fecit eis refutationem de mercede ⁊ ipsi fratres illa bona cōtinuo retinerūt: ex quibꝰ etiam cōiecturať mēs testatricis qꝺ nō mutauerit volūtatē. Laus deo.

¶ Summarium super concilio. xxvij.

1 Filiꝰ qui regula generali omnia sua patri querit: an si patre existēte in cōmunitate aut societate diuisiōe facta aliquid ꝓpter eius industriā si fuerit applicatum datūqꝫ filio dicatur illud patri acquisitum quoad proprietateꝫ vt pater suo testamēto de illis potuerit disponere. item filij fratrū existentes in cōmuniōe in qua etate esse debeant vt possint aliquid consequi propter operas ⁊ illorum industriam. per totum.
2 Aduentitiorum pater est legitimus administrator.
3 Negotiorum gestor siue administrator gerens negotium ad eum spectās censetur negotia gerere nomine dn̄i administratorio.
4 Societatis lucrum diuidi debet operas ⁊ personaruꝫ industrias.
5 Aduentitiorum dominus est pater quoad vsumfructū filius vero quo ad proprietatem patre mortuo.
6 Negotiantibus pluribus simul intelliguntur viriliter negotiari.
7 Indefinita in contractibus seu transactione ad ea restringitur de quibus vertitur lis.
8 Prefatio declarat sequentia.
9 Aduētitia quesita filijs aliūde quā a patre pertinet filijs quo ad ꝓprietatem nudam in vita patris ⁊ plenam post mortem patris.
10 Collatio aduētitiorū inter fratres qn̄ ⁊ de qbus fieri debeat. n. 9.
11 Testator etiā pater nō pōt heredē suū onerare in bonis ipsiꝰ heredis vel filij ⁊ sic aliūde quesitū q̄ testatoris seu patris ꝯtēplatiōe.
12 Societas censetur esse contracta per communicationem lucri.
13 Societatis aut diuisionis quales partes esse debeant. nu. seq.
14 Socij filius in qua etate aut parte lucri particeps esse possit.
15 Societatis lucra sunt in iudicis arbitrio.

¶ Consilium. xxvij.

In nomine domini nostri
1 Iesu Christi. † In hac cōsultatione primo est videndū de viribus ⁊ effectu trāsactionis inite inter Baptistā
2 ⁊ Antonium. † Circa quam est aduertēdum qꝺ dictus Baptista pater legitimus ⁊ naturalis dictorū Lancilotti ⁊ Alouisij circa bona per eos ex eorū industria acqsita ⁊ generaliter circa bona aduentitia filiorū habebat vsumfructū ⁊ legitimā administrationeꝫ tēpore trāsactionis ⁊ donec vixit. l. j. C. de bo. mater. ⁊ l. cum oportet. §. non aūt. ⁊ §. fi. ⁊ quasi per totū. de bonisqꝫ libe. ⁊ ideo dictus Baptista potuit trāsigere cum Antonio etiā pro ipsis suis filijs ⁊ cū in p̄fatione trāsactionis dicatur qꝺ erat lis ⁊ cōtrouersia pro portiōe tāgēte dictis Lancilotto ⁊ Alouisio pro eorū laboribus

z industria z vt cause z differētie finis imponatur deuenit dictus Baptista cū Antonio ad diuisionē z transactionē predictā: propterea censetur transactionem fecisse etiā nomine dicti Lancilloti cum Alouisius iam esset defunctꝰ z eius bona deuoluta essent ad dictum Baptistā patrem z Lancilottum z Perioannez fratres vtrinqꝫ cōiunctos per auf. de sunc. C. ad tertul. ita ꝙ de eiꝰ administratione nō erat amplius tractādū: cum mors omnia soluat. in auf. de nup. §. deinceps. ꝙ enim etiā nomine Lācilotti tanꝙ eius patris z legitimi administratoris trāsegerit apparet: qꝛ transegit super negotio ad filiū pertinēte: quia super rebus ad filiū pro rata
3 spectātibus. † Et qn̄ administrator gerit negotiū spectās ad eum cuius est administrator censetur administratorio nomine gerere. l. post mortē. §. tutor. z ibi per Bar. z in. l. fi. ff. qn̄ ex facto tut. z per eundē Bar. docto. in. l. j. §. nunciatio. de no. ope. nūcia. z ꝑpterea dictus Lancilottus pōt niti dicta trāsactione quatenus ꝑ eo facit z habet etiā illi acquiescere ipse ratione administrationis a lege ipsi patri cōcesse vt dixi: z etiā quatenus est eius heres. Videamꝰ itaqꝫ quid tāgit Lanciloto vigore dicte trāsactionis: z presuppono pro intelligētia transactionis et dicendorū ꝙ dictꝰ Baptista z Antonius habebāt bona patrimonialia cōia ex quibus fructꝰ percipiebāt: z eorum opere z industrie nō erant notabiliter difformes: sꝫ potius equales.
4 † Ex quo persuadet ꝙ ex quo tertia pars domus primo nominate in trāsactione cum cortili siue spalmēto est in trāsactione cōcessa Antonio: similiter tertia pars dicte domus censeatur cōcessa Baptiste qui respectu industrie z bonorū erat equalis dicti Antonij. z sic equalis dꝫ esse in lucro iuxta. l. si nō fuerint. in prin. ff. pro socio. z insti. eo. ti. §. j. cum sua glo. in verbo equales. quo fit ꝙ alia tertia pars dicte domus cēseatur esse cōcessa dicto Baptiste pro Lancilotto z sic effectualiter ad euz spe-
5 ctet ꝑcipua post mortē patris: † nam bona aduētitia spectant ad filios in potestate cōstitutos in vita patris quo ad nudā ꝑprietatē z ad patrē quo ad vsumfru. vt. s̄. dictū est: qui vsusfructus finitur morte. l. titio cum morietur. ff. de vsufru. §. finitur. insti. eo titu.
6 † Et hoc etiā suadent verba: quia dictas duas partes recepit Baptista pro se. z Lācilotto eius filio: z sic sunt cōiuncti in dictis duabus partibꝰ dictus Baptista z Lancilottus: ideo quilibet censetur ad eas inuitatus pro virili portione. l. si mihi z titio. in prin. de verb. obli. l. reos. §. cum in tabulis. de duobꝰ reis. l. si duos. §. fi. de leg. j. spalmentū autē qḋ dicitur emptū a quodā luca fuit ꝯcessum pro parte tangēte Alouisio filio dicti Baptiste: itaqꝫ illḋ spalmētum est concedendū heredibus dicti Alouisij: qui heredes fuerūt dicti Baptista Lancilottꝰ z Perioānes z hodie ex persona Baptiste ipsi Lancilottus et Perioānes quilibet ꝑ dimidia similiter z alia domꝰ cuz horto scḋo loco posita in territorio debet attribui pro tertia parte dicto Lancilotto qꝛ ita sonāt verba trāsactionis per ea que dicta sunt circa aliā domū ita ꝙ de duabus partibus dictarum domoꝝ dictus Lācilottus debet cōsequi dimidiā ex ꝑsona sua z tanꝙ heres patris pro dimidia debet habere dimidiam alterius dimidie: z per cōsequens dicte due partes dictaruz domorū z horti debēt diuidi in quatuor partes de quibꝰ quatuor partibus tres spectāt ad dictum Lancilottū et vna ad dictuz per Joannē: excepto supradicto spalmēto empto a dicto Luca: qḋ diuidi debet pro virili inter ipsos Lancilottū et Perioannē et residuū habeat Baptista puto ꝙ de portionibus attributis ꝑ ipsam transactionē Lancilotto censetur assignata quarta pars z quarta heredibus Alouisij et dimidia Baptiste: et ƺm hoc dicto Lancilotto cōpetit ante partem quarta pars omnium dictoꝝ bonorum obuētorū dicto Baptiste tam de tertas dimidie ꝙ de tribus quartis alterius dimidie: et residuū debet diuidi equaliter inter ipsos heredes Baptiste qui sunt Perioānes z Lancillotus: licet duo scrupuli immineant nō leues. Primus quia in diuisione prime dimidie diuise in tres partes nō fit mentio de filijs: sꝫ respōdetur ꝙ ṽba posita in fine pro rata z parte sua z suorū filiorū referantur non solū ad proximū membrū: sed etiā ad trūqꝫ membrū z sic ad primā dimidiā diuisaz in tres partes: qꝛ clausula in. fi. posita zc. l. talis scriptura. de leg. j. c. ij. requiris. z. c. inquisitioni. de app. cuz simi. secūdus quia dicit pro rata filiorū nō se astringit ad Lancilottum z Alouisium et tamē erant duo alij filij. s. Perioānes et Hyzardus: ita ꝙ illa indefinita potest referri ad omnes quatuor filios. cum indefinita equipolleat vniuersali. l. si pluribus. d leg. ij.
7 et. c. vt circa. de elec. in. vj. cū simi. † tamē secus puto: nam trāsactio indefinita refertur et restringitur ad ea sup quibus vertitus lis. l. si de certa. C. de trāsac. ideo cum in prefatione dicatur ꝙ vertitur lis et differētia quia Baptista dicit ꝙ Lancilottus z Alouisius me rentur partē in bonis superlucratis z. d. Anto. cōtradicit. idcirco
8 volētes a lite recedere venerūt ad transac. zc. † Et prefationes declarant sequētia. l. z quia. C. de pac. l. fi. de heredi. insti. l. titia respōdit. §. idem respōdit. de verb. obli. idcirco dicta indefinita ad solos Lancilottū z Alouisiū refertur z sic remanet cōclusio supra facta qḋ Lancilotto cōpetat ante partez quarta pars de obuentis Baptiste z similis cōsideratio hꝫ fieri in bonis alijs cōcessis Baptiste pro se et filijs. † Quo ad bona autē stabilia empta tempore vite Alouisij que sunt in trāsactione deputata ꝙ dictus Antonius de dimidia habeat tertiā partem: z deueniēdo specifice ad primum z scdm quesita ī themate: dicō circa primū ꝙ minime dubium est ꝙ quesita per filios aliūde. ꝙ a patre que appellātur aduentitia hoc est aliunde ꝙ a patre prouenta pertinent hodie quo ad proprietatem filijs nudā in vita patris z plenā post patris mortem: vt. s̄. dictum est ꝑbatur. in titu. de bonis maternis. z in titu. de bonis q̄ libe. per tot. z inter cetera bona quesita ex industria. vt in. d. l. cum opꝫ. in prin. de bonis q̄ libe. z per Bar. in tractatu. de duobus fra
10 tri. z in. l. j. §. pater qui castrēse. de colla. bono. † Et ista aduentitia non cōferūtur inter fratres heredes patris: vt est exꝑssum. in. l. fi.
natur inter diuersa vt decet ꝑ no.ꝑ gl.in rub.ff.de iur.⁊ fac.igno.
ideo illa renunciatio bñficio de duobus reis:intelligat̃ de benefi-
cio nõ inducto ꝑ nouas cõstitutiones:sed per iura antiqua:ꝓut
est istud beneficiũ cedendarũ vt differat a sequenti clausula:⁊ nul
lũ ṽbũ stet sine virtute aliqd operãdi ꝓut decet.l.si qñ.de leg.j.c.
si papa.de priui.lib.vj.⁊ qd dicit Bal.in rub.C.fide instru.dicẽs
qd nullũ verbũ instrumẽti debet interpretari positũ sine virtute
11 aliqd operãdi.† Et insup illa generalis imo vniuersalis clausula
⁊ omni alij iuris auxilio videtur etiã vltra aliqd disponere:sed nõ
est qd addere possit nisi istud beneficiũ in precedẽtibus verbis nõ
cõprehenderetur ergo ad istud trahat̃. Et maxime attenta natura
vniuersalis oĩ que est:vt nihil excludat.l.iul.de lega.iij.c.solite.de
maio.⁊ obe. Nec obstat qd dicit Bal.in.d.l.si diuisa.qr Bal.se fũ
dat qd nõ valet renũciatio iuri futuro. Que ratio nõ militat in ca
su nostro:nã hoc casu renũciauit parti pñti q̃ videt̃ tacite cõsenti-
re cũ cõcernat eius fauorẽ iuxta.l.qui patit̃.ff.mãdati.⁊ regula q

tacet.in.vj.ideo trāsit in pactū: quinimo puto qđ fuerit exp̄ssum
ꝛ specificū pactū: licet nō sit adducta copia instrumēti extensi. So
let enim in fi. instrumēti adijci clausula ꝛ pmisit omnia ꝛ singula
supra ꝛ infra scripta attendere ꝛ obseruare ꝛc. Et sic pmisit obser
12 uare renūtiationē: ergo renūtiatio transit in pactū † ꝛ iuri futuro
pōt renūtiari per pactū: vt in.l.j.C.de pac.ꝛ.l.de fideicōmisso.C.
13 de transac. † Et qđ renūciatio facta parte presente trahatur etiā
ad ius futuꝝ est tex.in.l.in pluriū.ff.de acqui.heredi.ꝛ in.l.j.§.j.ff.
a quib⁹ appel.licet ꝛ in.l.fi.circa finē.C.de temp.appel.ꝛ in.l.j.ff.
de cura.bo.dan.prout dicta iura intelligit Jaco.de are.ꝛ bene fm
Bar.in.l.j.C.de pac.renuntiatio enim facta parte presente habet
vim pacti.l.tale pactū.ff.de pac.fm eundē Bar.in.d.l.j.C.eo.titu.
Et licet dicta iura diuinētur: ꝛ ideo per dicta iura tenet Albe.de
rosa.ꝙ generaliter iuri futuro renunciari potest: si verba in futurū
cōcipiuntur: tamē tenendū est qđ regulariter cōtra ꝛ dicta iura in
telliguntur parte presente vel in renūciatione facta in iudicio put
dicit Rapha.fulg.ꝙ enim dicta iura procedant in renūciatiōe fa
cta in iudicio tenet glo.in.d.l.j.de cura.bo.dan.fm Bar.in.d.l.j.ꝛ
ita dicta iura intelligit Oldr.vt refert Rapha.in.d.l.j.de pac. Et
ita ꝙ valeat renūtiatio iuri futuro tenent Bal.Sali.in.d.l.j.ꝛ cō-
muniter tenetur: ꝛ ideo potest attētari ꝙ facta in instrumēto gua
rentigiato: quia facta corā iudice cartulario precipiente ꝛ sic acce
ptante renuntiationē valent etiā circa ius futurū. Et insuper si in
instrumēto reperitur talis renūtiauit intelligitur per pactū: quia
si nō valet ꝙ ago vt ago: valet vt valere pōt ad liberādū.l.an inuti
14 lis.de accep.put voluit Jac.but.fm Bal.in.d.l.j.de pac. † Que
ratio iuuatur in casu nostro: q2 interuenit iuramētū qđ habet vir
tutem clausule si nō valet ꝙ ago vt ago: valeat vt valere pōt.l.cū
15 pater.§.filijs matrē.de lega.ij. † Maxime q2 obligatio de qua agi
tur erat tunc tēporis cōditionalis: q2 promiserūt restituere dictas
qtitates in omnē casum ꝛ euentū restituende dotis: ꝛ pēdebat ex
futuro euentu. Nam si matrimoniū non fuisset secutum non cōpe-
tijsset actio de dote: sed cōditio ob causam per.l.dotis fruct⁹.§.fi.
ꝛ.l.si ego.ff.de iure do.ꝛ.l.ꝙ seruius.ff.de cōdi.ob cau.ꝛ tunc non
fuissent rei debendi: quia nō fuissent obligati insolidū: ita ꝙ nō mi
litet tunc renūtiatio alicui ex dictis beneficijs que nō cōpetijssent.
Item si mulieres predecessissent fuissent obligati ad restitutiones
detractis decē pro centenario ex forma pacti: si vero matrimoniū
solui cōtigerit morte viri tūc erant obligandi ad integrā dotem: ꝛ
ad lucrū donatiōis pp̄ter nuptias. Et sic interim nulla erat orta
16 actio cōditione pendente.l.cedere diem.de verbo.signi. † Et ideo
nullū ex dictis remedijs que cōpetunt post actionē ortā ꝛ aduer-
sus actionē seu actionis exercitiū: ꝛ propterea dicta renūtiatio nō
poterat adaptari nisi ad iuris bn̄ficia ꝛ iuris auxilia de futuro cō
petentia: pro quibus facit: quia actio de dote restituēda nō oritur
ante solutum matrimoniū: vt per glo.ꝛ doc.in.l.si cōstante.ff.solu.
17 matri. † Et actio hypothecaria nō oritur regulariter sine actione
personali tāꝙ accessoriū sine principali.regula.accessoriū.in.vj.cū
cōcor.ꝛ no.gl.ꝛ Bar.ꝛ docto.in.l.impatores.ff.de publi.ꝛ facit.l.
fideiussor obligari.de fideiuſ. Et ex hoc videt̃ qđ nūꝙ fuerit orta
hypothecaria: ideo creditrix nō teneatur eam cedere quaꝫ nunꝙ
habuit: ꝛ si alienasset sine cōsensu videtur qđ ex tunc nō posset vere
18 obligari nō fingatur retro obligata: † quia actio trāslatiua de tē
pore ad tempus requirit extremū a quo in veritate.l.si is qui pro
emptore.ꝛ ibi Bar.de vsuca Si itaqꝫ tūc vere nō oritur nō fingi-
tur retro orta per dictā theoricā: ꝛ sic si nō fuisset orta etiā cessan-
te consensu non possumus dicere ꝙ consensus cōstātie impediue-
19 rit cessioneꝫ. Et dato qđ alias orta fuisset. † Nihilominus qui phi
betur alienare nō prohibetur nō acquirere seu nō lucrari seu recu
sare lucrū delatum.l.quia autem.in prin.ff.que in frau.credi.et ibi
per Bar.ꝛ Ang. Et dato ꝙ hoc vltimū non careat scrupulo: tn̄
alia media meo iudicio reddunt rem claram scꝫ ꝙ dicta Constan
tia potest petere suā dotem aduersus dictum Bartholomeū: non
obstante dicto cōsensu dicte Constantie: vtrum autem teneatur ce
dere actionē qualem habet nō est magni pretij inuestigatio quia
inanis est actio.l.tam his.ff.de dolo.ꝛ quia sine cessione cuꝫ reus
debendi soluens habet vtilē actionē sine cessiōe: vt no. Bart.in.d.
l.reos.de duobus reis ꝛ est clarū: ideo non insisto. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.lij.

1 ☞ Laudauerunt arbitri ꝙ vna partiū teneatur ꝛ debeat alteri
facere generalē refutationē de omni eo qđ ab eo qđ posset petere
vsqꝫ in presentem diē: lato laudo ꝛ acceptato: vacauit qdā heredi
tas in qua ille qui habebat facere refutationē generalem medicta
tem illius habebat sed erat in manibus eius cui facienda est renū
tiatio in totum si ille iuxta laudi tenorem simpliciter fecit refuta-
tionem generalē: an porrigatur dicta refutatio ad petitionē par
tis illius hereditatis adeo ꝙ si ille qui dictam refutationem fecit
postea iura sua alteri cesserit possit cessionarius postea agens exce
ptione repelli.per totum consi.
2 Laudū dicitur a partibus emologatū si adimpleatur iuxta illius
formam licet impugnari possit nullitate.nu.seq.
3 Prefatio interpretatur sequentia.
4 Renuntiatio generalis ad quam altera partium laudo tenet̃ va-
let.nu.seq.
5 Donare potest quilibet omnia sua bona.
6 Dolosa suo nemo lucrari debet nec gloriari.nu.8.
7 Dolus ꝛ fraus seu cōhentiū mentes dijudicantur vicinitate actuū.
9 Adire censetur quis iura sua cedendo.
10 Facien do vnum censetur quis velle omnino id facere quod est ne
cessarium preambule vt actus valeat.
11 Renūtiatio generalis non trahit̃ ad iura futura.nu.9.ꝛ.10.vsqꝫ
ad fi.consi.ꝛ quid operetur cum clausula de non aliquid petēdo
in fututum.
12 Clausula cum pacto de nō aliquid in futurum petendo cuꝫ gene
rali renūtiatione veniunt ea que nature contractus conueniunt.
13 Clausula generalis restringitur ad terminos p̄missos si fieri pōt
salua ratione recti sermonis.
14 Heres vniuersalis ad differentiam particularis dicitur.
15 Testamentū vt pbari possit requirūtur testes.vij. rogati nō solū
ad solēnizandū sed ostendēdū qđ testari voluerit disponēs.nu.17.
16 Testes esse non pn̄t femine in testamētis nec mr̄ domestica.n.18.
19 Testes duo integri probant actum.
20 Dolus malus ꝛ dolus bonus reperitur.
21 Fructus hereditatem augent ꝛ veniunt in petitione hereditatꝫ.

¶ Consilium.lij.

1 In nomine dn̄i nostri Je-
su Christi. † In hac cōsultatione prima facie dicēdū qđ
dictus Cola nullā foueat iustitiā. Nam fuit cōdemna
tus: vt faceret generalē refutationē ex omni ꝛ ex quacunqꝫ cau-
2 sa ꝛc. † Et videtur qđ laudum ratificauerit cum fecerint sibi dicte
partes generalē quietationē ꝛ pactū de vlterius nō petendo p̄fa
tione hac p̄missa: vꝫ volentes dictā sententiā ꝛ laudū exequi: p q̄
verba euidēter apparet qđ partes voluerūt emologare dictū lau-
3 dū: † ex prefatione eīm sequētia interpretātur.l.fi.ff.de heredi.insti.
ꝛ.l.titia rn̄dit.§.idem respōdit.ff.de verb.obli.ꝛ.l.ꝛ quia.ff.de pac.
Adeo qđ licet laudū in die cōpromissi nō valeat: vt dicit Bald. in
l.prolatā.C.de sentētijs.ꝛ facit qđ no.ibi Bal.in fi.tamē valet si fu
it laudū postea emologatū.fm Bal.ibi. Itē licet nō possit arbiter
aut abitrator laudare seu iudicare qđ fiat generalis quietatio:
licet cōpromissum fuerit generale: q2 continere pōt iniquitatē. ar.
l.cum aquiliana.de trāsac.prout ibi no. Bar.Ang.Sali.Raph.
4 ꝛ Pau.de cast.ꝛ cōiter doct. † Tamē nō negat̃ quin partes licet
non teneantur nō possint facere generalē quietationē: qa imo pos
sunt ꝛ quotidie est in vsu: rei eīm sue quilibet est moderator ꝛ au-
5 tor.l.in re mādata.C.mādati. † Et pōt quis donare omnia bona
mobilia et stabilia iura ꝛ actiones p̄sentia: put oēs no.i.l.fi.C.de
pac.ꝛ in.l.stipulatio hoc modo cōcepta.de verbo.obli. forti⁹ sola
iura que habet cōtra stipulantē: ita ꝛ remittere iura sola que quis
habet aduersus stipulantē: ꝛ maxime vt versa vice sibi fiat gene-
ralis qetatio ab eodē. Nec videtur refragari qđ fecit generalē qe-
tationem de omni eo qđ petere posset vsqꝫ in diē refutatiōis. ꝛ eo
die nihil petere poterat. Cū iura eideꝫ cessa eo die cesserat alteri ꝛ
sic nihil sibi remāserat iuxta ea que habētur.in.l.ex asse.ff.ad treb.
quia videtur posse rn̄deri: qđ illud fecit in fraudem vt faceret gene
rale cōpromissuꝫ ꝛ generalē quietationē ac generale cōpromissuꝫ
6 extorqret: ꝛ ex parte sua restringeretur pp̄ter dictā cessionē. † Et
nō debet qs ex dolo suo lucrari.l.ne ex dolo.ff.de dolo imo fraudi
bus est obuiādū.l.in fundo.in fin.ff.de rei vēdi.ꝛ.c.q̄to.de diuor.
7 † Dolus aūt ꝛ fraus satis videtur deprehendi ex vicinitate act⁹:
cum eadē die fuerit facta cessio cōpromissum laudū ꝛ qetatio. ex vi
cinitate enim actuū dijudicamus mentē facientiū ip̄sos act⁹.l.vē
tri.§.fi.in fi.ff.de priui.cred.ꝛ que habētur.in.l.post cōtractū.ff.de
dona.p Bar.ꝛ alios.in.l.post hac.C.de bonis p̄scrip. Facit etiā
actus sequēs: quia dictus cessionarius postea retro cessit eidē Co
le nō magno temporis internallo: ita qđ ex p̄cedētib⁹ ꝛ sequētib⁹
media deprehendūtur.c.cum per bellicā.xxxiiij.q.ij.ꝛ.xliiij.q.mul
8 tis.ꝛ tex.cum gl.in.c.scribā.de presump. † Itaqꝫ nō debet ex suo
dolo malo gloriari.ꝛ esse melioris conditionis quā si bona fide p
cessisset.argu.l.seruus.ff.qđ vi aut clam.ꝛ.l.ij.§.j.ff.de dona.inter
virū.ꝛ in auť.de resti.ꝛ ea que parit.in.§.fi.insup ipse Cola nititur
ex successione intestati Petri ab intestato succedentis fꝫ eū Pa-
scutio pro dimidia.ꝛ tamē per plures testes pbatur qđ Pascuti⁹
fecit testamētum ꝛ fecit suū heredē vniuersalē Antoniū nō dictū
9 Petrū nisi in vno floreñ. † His tamē non obstātibus cōtrariā par
tem arbitror iuri magis cōsonam. Nam premitto qđ probetur qđ
hereditas dicti Pascutij si ab intestato decessit spectaret ad dictū
Petrū p dimidia. Item cōstat qđ potuit cedere iura sua que ha-
bebat in dicta hereditate: nam cedendo cēsetur adire.l.si auia.C.
10 de iure deliberan.nō enim valeret al's cessio. † ꝛ faciēdo quis vnū
censetur velle facere omne qđ est necessarium preambulum: vt ille
actus valeat.l.cum quidam.ff.de acquirē.heredi.ꝛ facit.l.oratio.
de sponsa.ꝛ.l.ad rem mobilem.ꝛ.l.ad legatum.ff.de procura.cuꝫ
11 similibus. † Item cōstat qđ verba laudi nō extendūtur ad iura
postea

postea querēda cum dicant verba laudi vsqz in presentez diem: et quietatio fuit postea facta pro executione laudi: itaqz recipit interpretationem a laudo maxime quia in copia quā vidi dicit euz

12 pacto de aliquid non petendo in futurum etc. † Sub illa clausula etc. veniunt ea que nature actus conueniebant iuxta ea q̄ habent per Bar. et alios in. l. gallus. §. idem credēdū. de libe. et posthu. Et ideo non veniunt iura postea quesita de nouo. Potest etiā attentari q̄ intentio laudantis nō fuerit laudare. vt fieret generalis refutatio nisi de omni eo qd petere possent ex quacūqz causa sup bonis et hereditate paterna. nam iudicauit q̄ dict⁹ Cola haberet liberum et expeditū id quod ipse tūc ad p̄sens habebat et illud eidē adiudicauit pro eius portione hereditatis eorum patris. et q̄ reliqua bona tam mobilia q̄ stabilia remaneant et sint butij pnicole Bernardini et liberati. et eis adiudicauit pro reorū portiōibus dictorum: bonorū: ideo generalis clausula sequens de quietatiōe facienda interpretāda videtur vt restringatur ad terminos p̄cedētes. videlz occasione portionis paternorū bonorum qualitercūqz

13 et ex quacūqz causa debitorum. † Nā clausula generalis solet restringi ad terminos premissos si pōt fieri salua ratione recti sermonis: vt. l. emptor. §. lucius. ff. de pac. et ibi per docto. et per Bar. in. l. aurelio. §. gai⁹. de libe. leg. et doct. in. l. sī de certa. C. de trāsa. Licet in hoc non faciā principale fundamentū. sed maxima in p̄cedētibus. et sic fundata videtur intētio dicti Cole. Nō ob. adducta in contrariū. non enim obstat qd dicitur q̄ est probatū q̄ dictus Pascutius condidit testamentū et instituit dictū Antoniū et Petro autore dicti Cole. reliquit solū vnum florenū. Nam aduertendum est q̄ tres testes soli deponūt q̄ dictus Pascutius fecit testamentum inter quos vnus: videlz Honofrius dicit q̄ nō recordat qd disposuerit seu qualiter testatus fuerit: et sic nihil pbat alij duo deponunt qd instituit heredē vniuersalem Antoniū patrem dictorum litigantium et Petro reliquit vnum florenum profecto verificari possunt dicta verba si instituisset dictū Antoniū i dimidia et Pe

14 trum in alia dimidia et Petro reliquisset vnum florenū. † Nam heres vniuersalis dicitur qs ad differentiā heredis particularis put est institutus in rebus certis. iuxta ea que habent. in. l. quoties. C. de heredi insti. et in. l. ex facto. de here. insti. et in. l. cogi. §. inde queri

15 tur. ff. ad trebel. † Nec deponūt testes qd nō reliquerit vltra vnum florenū itaqz dicti testes nō cōcludunt necessario. et insuper qd est clarius ad probandū testamentū requiruntur septē testes nō sufficiunt duo. l. hac cōsultissima. in prin. et §. per nuncupationē. et. l. in testamētis. C. de testa. et requiritur q̄ sint rogati vt dictis iuribus.

16 et insti. eo. ti. §. fi. et. l. heredes palā. §. in testamentis. ff. eo. titu. † Et nō sunt idonei testes femine. l. qui testamēto. §. mulier. ff. de testa.

17 et. §. testes. insti. eo. titu. † Et ideo deficit numerus testium. et qualitas et solēnitas rogitus qui rogitus requiritur nō solum ad solēnizandum testamētū: sed etiam ad ostendēdū q̄ disponēs voluerit testari et non protulerit verba perfunctorie animo forte blandiēdi vt pbat tex. in. l. diuus. ff. de mili. test. iuncta. l. j. eo. tit. in testamēto enim militis non regritur solēnitas iuris positiui. d. l. j. et. l. q̄q̄. C. eo. ti. et tamē requiritur rogitus testiū. d. l. diuus qui. ideo nō requiritur pro solennitate: sed pro demōstratione q̄ voluit testari. Adeo q̄ si pars fateretur q̄ miles verba ptulit animo testādi nō prodesset allegare q̄ testes non fuerūt rogati per predicta. et satis

18 dep̄rehēditur ex verbis. d. l. diuus. † Et insuper mater est aliqual'r suspecta: licet enim sit cōmunis mater et ppterea videatur cessare suspicio. arg. l. nō solū. ff. de ritu nup. tamē quia stat in domo vna cuz alijs filijs et nō cū dicto Cola est illis domestica et cōmēsalis. ideo hoc etiā respectu non videt idonea. l. etiā. C. de test. vbi testis

19 domesticus repellitur. et idē in. l. pen. ff. eo. ti. † Et ideo dicti duo testes nō plene probarēt testamentū etiam vbi solū ius naturale exigeretur cum nō sit integra probatio duorū testiūz ius diuinū nō sine ministerio dicit in ore duorū vel triū stat omne verbū: vt in. c. cuz omni. de test. et. c. cū esses. de test. adiecit enī vel triū vt nō semp sufficiāt duo saltē qn̄ nō sunt integri prout est nō integra pbatio duorū testiū in casu isto per supradicta. Nec ob. dicta generalis refutatio seu quietatio per supradicta. Et non ob. allegatus dolus: qz dato sine p̄iudicio q̄ ob eam causam allegatā fuerit facta dicta cessio: vt postea retrocederetur ius cessum: et interim non veniret illud ius in compromisso nec in generali quietatiōe: qz nolo illud

20 inficiari: licet aliter nō fatear. † Tamē dico q̄ nō fuit dol⁹ malus reperitur aūt: Et dolus bonus et nō malus prout dolus man⁹. l. j. §. j. ff. de dolo. Si enim nolebat ꝯpromittere illud ius sibi donatū a dicto Petro qd ius ignorabatur ab aduersarijs. Nec erat eorum intentio nec arbitrorūz q̄ cōpromitteretur illa portio de qua nō fiebat mentio et de qua nō erat notitia neqz cognitio aliqua non est quid sibi imputaret: cū ad id non teneretur: et si nolebat q̄ ob id recederet a concordia est poti⁹ cōmendādus q̄ redarguendus. Maxime si verū est qd narratur in puncto q̄ ex eo: qz dict⁹ Cola ciuiliter conabatur impugnare testamentū patris fratres assumpserunt arma. et potissime q̄ illi sunt plures: et Cola vnic⁹ fuit bonus dolus si voluit sibi consulere et sedare rixam tūc imminētem. Attento etiā q̄ ex hoc aduersarij nō sunt in aliquo dāno. Nā ex laudo et refutatione: licet non veniant ista iura non sunt in aliquo dāno imo in lucro: qm̄ consecuti fuerūt id propter quod assumpserunt arma. vt. s. dictus Cola se retraheret ab impugnatione testamenti: prout se retraxit. Et staret cōtentus portione quā habebat prout fuit et est. Et licet per laudū sit exemptus et liberatus a dote sororis: tamē dictus Cola vt puto esset contētus qd recederetur a laudo in totū. Nam plus ꝯsequūtur ex laudo aduersarij q̄ ipse: ex quo patet qd dolus si quis fuit non dānificauit aduersam partē: sed tutatus fuit Colaz ab iniusto dāno qd al's passus forte fuisset si id nō fecisset vel noluisset cōpromittere fuisset in rixa cum fratribus quā euitare bonū et honestum et tutū erat. vnde dolus bonus merito iudicandus est: nec si malus foret ipse qcq̄ lucratur nec aduersarij damnificantur: nec dicta allegatio doli aliqualiter iuuat aduersam partē. Nec potest dici q̄ cessio fuit simulata: quia de ea non cōstat. et qui eaz allegat debet probare per iura vulgaria. et vicinitas actus innuit cautelā non dico fraudem scz ad euitādū q̄ illa iura que erāt occulta et de quibus nō cogitabatur nō venirent in cōpromissum: qd vt dixi nō fuit damnabile. Ex quib⁹ cōcludo q̄ dictum laudū et dicta quietatio. nec dicte depositiōes sup testamento nō obstāt dicto Cola quominus debeat cōsequi portionē sibi donatā a Petro de bonis dicti Pascutij. et illā petere pōt peti

21 tione hereditatis † et fructus augent hereditatē et veniunt in petitione hereditatis. l. item veniunt. §. fructus. de peti. heredi. et. l. sed et si. l. §. vtrum. et. l. ancillarū cum. ll. seq. eo. titu. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. liij.

1 ¶ Emptor agēs ad traditionē poteris si illus medietatis causa venditionis cuius possessionē liberam et vacuā venditor pmisit tradere et pbat emptor aliū intra confines dicti poteris possidere venditor etiā probat q̄ emptor possidet intra dictos ꝯfines: replicatur q̄ emptor non habet debitum suū iuxta formam contract⁹ quomodo et pro quo sufficienter dicatur probatū per totū alias super isto themate fuit consultum cōsilio. cccxliij. in primo volu.

2 Precarij constitutio transfert dominiū et rei possessionem.

3 Intra dictio adiecta rei diei vel conditioni quid importet. nu. 5.

4 Testis dictum vt probet de necessario concludere debet.

5 Precarij constitutio non liberat aliquez a traditione rei vendite.

6 Potere pro quanta terreni parte sumatur.

¶ Consilium. liij.

1 In nomine domini nostri Jesu Christi. ¶ † In hac cā: vt. s. scz in ꝯsilio dico ita: vt. s. apparet: qz feci hoc cōsiliū rescribi post illud cōsiliū quod erat subscriptum a dn̄o Baldo et dn̄o Baliono apparet al's cōsulēdo primū fundamentū adductū pro victoria Gabrielis fuit: qz nō probat quod fuerit pro parte ser Pauli et sue auctricis dn̄e Baptiste impletus ꝯtractus. Eo qz nō apparet q̄ tradiderit possessionē liberā vacuā et expeditā rei vendite prout tradere pmisit. Post cōsiliū redditū cum id peruenerit in notitiā ser Pauli: vt opinor conat⁹ est pbare qd dict⁹ Gabriel tenuit et possedit dictū mediū potere cōfinatū prout in instrumēto vēditiōis. et satis videtur pbare q̄ possedit iam sunt. x. anni vel circa. et hodie tenet et possidet. Ex aduerso p testes dicti ser Pauli et p testes dicti Gabrielis pbat qd intra dictos cōfines possederūt alij plures petias terrarū et nomināt nōnullos. Et ppterea p parte Gabrielis dicit qd licet testes deponāt qd possedit Gabriel potere cū domib⁹ terris laboratiuis siluatis vineatis et cuiuscūqz generis: tū non oēs terras vēditas: qz nō illas quas possederūt alij put ipsi testes deponūt. et lz testes ser Pauli deponant qd dicte petie terrarū positarū et cōfinatarū in petitiōe dicti ser Pauli. tū nō sunt oēs q̄ fuerūt vēdite. tū rn̄detur pro parte dicti ser Pauli qd licet testes deponant qd intra dictos confines alij possideāt et possederunt a. x. annis et citra. tū non infert necessario q̄ possederint tpe vēditionis. stāt enī hec simul qd dic⁹ Gabriel possederit immediate post vēditionē et postea facto Gabrielis vel aliter puenit possessio ad man⁹. vēdi

2 tio enī fuit facta per aliqd tempus antea. † Et in ꝯtu est constitutio p̄carij per quā trānsfertur dn̄ū et possessio. et put dicit glo. in. l. ab emptione. ff. de pac. liberatur vēditor ab obligatiōe ex vēdito.

3 † Item scdo rn̄detur qd intra talē rem cōp̄rehēditur etiā ipsa res per tex. in. l. si quis sic dixerit. de ver. sig. et. l. j. §. si intra. ff. de succes. edic. ideo ipsi fines positi in instrumēto venditionis possunt dici intra fines: sed tū fines ipsi nō cēsentur venditi. Cum itaqz testes deponāt qd possederūt illi quorum bona ponūtur pro cōfinibus allegāt qd potuerūt possidere ipsa bona posito pro cōfinibus que possunt dici esse intra cōfines. et tamē ipsa bona pro cōfinib⁹ posita nō venerunt in vēditione. Tertio rn̄detur pro parte ser Pauli. qd in dicta venditione inter cetera ponūtur pro cōfinibus ab vno fossatū ab alio fossata que protendūt per longitudinē longe vltra dictū potere: ita qd intra dictos cōfines fossati et vie sunt mille vt ita loquar petie terre que nō venerunt in vēditione: et qz indefinite loquūtur testes intra dictos fines illa pluralis locutio verificatur in duob⁹: vt in. c. pluralis locutio. de reg. iu. in. vj. et in. l. inter illā. in fi. ff. de verbo. signi. cum similibus. Et indefinita nō equipollet

vniuersali ex propria vi verborum: sed ex humanitate probat tex. in.l.seruitus.ff.de serui.vrb.pre.ₔ ibi Bal.ₔ Rapha.fulgo.ₔ Petrus Bar.ₔ Imo.in.l.si pluribus.de lega.ij.

4 † Dictū autē testis debet cōcludere.c.in p̄sentia de proba.ₔ interpretatur cōtra proferentem: vt no.per docto.ibi.ₔ in.l.inter stipulantem.§.si stichum. de verb.obli.ideo ₔc.

5 † Tamē ad hec respōdetur primo ꝙ sola cōstitutio precarij non liberauit dictam vēditricem ab his que conuenerat facere in dicto contractu prout clare deduxi in alio consilio non repeto. Et maxime quia vt arbitror non probatur ꝙ ipsa Baptista tempore venditionis possideret.ₔ si nō possidebat non poterat per constitutionem precarij: ₔ sic per fictam traditionem trāsferre possessionem quā nō habebat cum nemo det seu in aliuꝫ transferre potest id quod nō habet.l.traditio.de acqui.rerū domi. l.nemo plus iuris.ff.de regu.iur. Et ideo qui nititur ex traditione possessionis mediante precario vel alia ficta traditione debet probare ꝙ qui constituit se pro alio possidere possideret tempore quo constituit se pro alio possidere: alꝭs constitutio illa non iuuat per predicta.ₔ habetur in.l.quod meo.ₔ in.l.interdum.ff.de acquirē. heredi. Licet autem probaretur: quia pro nunc nō vidi attestationes primas sed tantū vidi de nouo examinatas super possessione dicti Gabrielis: tamen non propterea censeretur satisfactum promissioni per ea que dico in alio cōsilio. Hoc facto presupposito ꝙ constitutio precarij non releuet respondetur ꝙ illa responsio que fit quod potuit esse ꝙ tempore vēditionis ille res que per alios dicuntur possideri intra confines fuerint possesse per Baptistā venditricem et tradite dicto Gabrieli.ₔ postea in alios translate: nō est bona responsio.nam licet possibile sit: tamen ₔ cōtrarium fuit possibile ₔ contingens. Et cum venditrici incumbat onus probādi se impleuisse non releuatur si probat per possibile.sed probatio debet concludere necessario.l.non hoc.C.vnde legi.l.ad probationem.C.de proba.ₔ dicto.c.in presentia. Preterea testes non deponunt quicꝗ de possessione dicti Gabrielis ante.x.annos dicunt enim aliqui per annos.x.vel circa.ₔ vnus ab annis.x.vel circa et citra.ₔ tamen testes qui deponunt ꝙ Franciscus possedit' probāt de eodem tempore.x.annorum ₔ vltra prout de dicto tempore deponunt duo testes ser Pauli: videlꝫ Marcus ₔ Bartholomeus. et similiter duo ex testibus Gabrielis: videlicet Lucas p annos xvj.ₔ baldinus ab annis.xviij.ₔ citra.licet subdant per euꝫ ₔ eius autores primi nihil dicunt de eius autoribus. Nec deducitur qđ Gabriel fuit autor.ₔ insuper testes qui deponunt de possessione dicti Gabrielis a.x.annis citra ₔ nunc tenet ₔ possidet.constat qđ nō possunt deponere ꝙ possederit istas petias terrarum quas alij possederunt cum pariter deponant de possessione presenti prout de preterita.sed constat ꝙ hodie non tenet ₔ possidet istas petias terrarum quas alij possidēt.ergo nec in preteritum cum testes pariter deponant de possessione presenti et possessione preterita. Et sic non deponunt de traditione seu possessione istarum petiarum terre que ab alijs fuerunt possesse. Nec etiam obstat illa responsio quod intra fines comprehendantur ipsi fines.patet enim ad sensum qđ vna res non est intra se. Nam inter contentum ₔ continēs naturaliter apparet esse distantiam: nec iura que allegantur.s̄.loquuntur in his terminis: sed loquunt̄ de alia re vel facto qđ habet terminos ratione loci vel temporis intra quos ₔc.nam tunc dicit̄ esse intra vel factuꝫ intra terminos si fit in ipsis terminis. Verbigratia dicitur factum aliquid intra diem mortis si die mortis factum fuit: ita loquitur.d.l.si quis sic.de verbo.signi.profecto illud factū est qđ cōtinetur intra diem mortis nō ipse dies mortis. Itē possessio agnoscitur intra centesimū diem si in centesimo die agnoscitur: ita loquitur.d.l.j.§.si intra.de succes.edi.pfecto aliud agnitio possessionis aliud ipse dies centesimus. Sic ₔ alꝭs intra centesimum lapidem censetur esse factum illud qđ in cētesimo lapide: in quibus casibus aliud est cōtinens seu intra quod cōtinetur aliud id quod cōtinētur: sed in terminis nostris non est ita: quia res que continentur intra fines.ₔ res intra quas continentur essent vna et eedem res ꝙ naturali rationi non consonat: nec in iure reperit̄. Nec etiam ob.ꝙ fines duo sunt ita lati.s.fossatum ₔ via ꝙ possunt cōprehendi multe petie terrarum ₔc.quia respōdetur ꝙ hoc non apparet ex actis nec est deductum in actis ꝙ reperiam: ₔ si dicat̄ ꝙ est notoriū facti permanentis respondetur ꝙ si iudex nō vidit nō est sibi notorium.ₔ insuper ita est notorium ꝙ sub illis duobꝰ cōfinibus possunt ꝯprehendi plura alia poteria: ita ꝙ illud quod possidetur per dictum Gabrielem potest esse illud ideꝫ ₔ aliud.et licet testes deponāt ꝙ sunt eedem res ille posite in petitione.ₔ ille posite in instrumento venditionis tamen non possunt id scire nisi per inspectionem finiū prout ₔ satis deprehenditur ex eorum attestationibus.si ergo fines adaptātur ad plura poteria nō cōcludit notitia ex cōfinibus ꝙ de illo vēdito. Preterea vnus testis videlꝫ Marcus dicit vidisse possidere medietatem vnius poteris nō dicit ꝙ nec illud confinat ita ꝙ non cōcludit de illo vēdito.ₔ postea super identitate rerum deponit nō se refert ad potere de quo deposuit: sed ad res descriptas in petitione ser Pauli.et res descriptas in instrumēto venditionis de qua agitur.stant enim hec simul ꝙ dictus Gabriel possederit vnū potere pro medietate prout deposuit dictus Marcus.ₔ ꝙ sit diuersum a poteri vēdito: ₔ tamē res contente in petitione dicti ser Pauli: ₔ res vēdite sint eedem res. Alius testis deponit ꝙ possedit per.x.annos non dicit de quibus forte possederat ante vēditionē ab ea ceciderat prout alꝭs in simili ponderat Bar.in.l.celsus.de vsu.ₔ Bar.eum allegans.in.l.edicto circa medium.C.de edic.diui.ₔ sm hoc remanet vnꝰ solus.

6 † Qui ex alio non cōcludit: nam ipse et alij deponunt ꝙ dictus Gabriel possedit ₔ possidet vnum potere situm puta intra dictos cōfines. potere dicitur illud quod conuenit laborerio vnius paris boum prout mihi dicitur: qđ assumitur in territorio eugubij.ₔ prout etiā sumitur in agro perusino ₔ prout dicit Bar.in.l.si ita.in fi.ₔ in.l.j. de reb.dubi.vbi etiā dicit ꝙ potest sumi pro pluralitate fundoruꝫ simul assumptorū pro destinatione domini petitio fuit facta per annos vndecim vel circa post venditionem ita ꝙ hodie potest esse potere qđ esset ad culturam vnius paris bouꝫ qđ tunc nō erat medium potere quia hodie laboratur.ₔ tunc erat forte sodū vel siluatum. Item potest hodie destinatione dñi habituꝫ pro vno poteri illud quod tunc nō erat pro medietate vnius poteris: ita qđ non sequitur hodie tenet.ₔ possidet potere sitū in tali loco ₔ sub talibus confinibus ergo possidet totū potere qđ fuit venditum sub eisdē confinibus plura cōprehendantur vt ₔ patet ex ipsis attestationibus.ₔ prout illa ₔ plura alia ꝯprehendi possunt debebāt articuli et attestationes referri ad id qđ erat potere tempore venditionis nō ad potere qđ est hodie potere ꝙ istud vocabulū potere est tale qđ potest augeri de facili ₔ minui ex tpe vt patet ex dictis Bart. in.d.l.j.de reb.dubi.ₔ dictis.s̄. Preterea in venditione cōprehenditur potere cum omnibus terris siluatis ₔc.ptinentibus ad dictū potere: ₔ testes nō ita deponunt sed per indefinitam cū terris ₔc. cuiuscunqꝫ generis.profecto si alique sunt laboratiue alique sode: alique siluate: alique pratiue ₔc.vna vel due pro qualibet verificantur eorū dicta licet plures remanserint que nō fuerint possesse per dictum Gabrielem.ₔ sic prout per partem aduersam circa ꝯfines indefinite prolatos a testibus quatenus deponūt p Gabriele dicitur ꝙ verificantur in duobus: q: indefinita in attestationibus non equipollet vniuersali: istud idem potest retorqueri cōtra eam in depositionibus suoꝝ testium: quatenus deponūt de terris possessis per Gabrielem.ₔ longe fortius in casu isto quia venduntur omnes petie terre pertinētes ₔ spectantes ad dictū potere siue sub dictis cōfinibus contineātur siue sub alijs.que autē terre siluate ₔ sode spectarent ad dictū potere nō cadit directo in sensum testiū: cum depēdeat potius a destinatione domini: vt.s̄.ₔ similiter duꝫ deponūt qđ res sunt eedem.profecto si.x.sunt posite in petitiōe ₔ in venditione veniunt illa.x.ₔ decem alia nō verum est qđ ille res descripte in petitione sint eedem cum rebus venditis tamē nō sūt omnes res vēdite. Et si cui hec videntur rigorosa animaduertat qđ etiam rigorosa sunt ea que adducit pars actoris.ₔ qđ qbusqꝫ iuris ₔc.ₔ qđ no.gl.in.c.cupiētes.§ prin.de elec.li.vj. Et sic iuuari potest primū mediū ₔ primū fundamentum factum in alio consilio.dato autē qđ illud per nouas probationes tolleretur remanēt ₔ alia fundamēta de quibus in cōsilijs pro hac parte redditis. Ex quibus pars rei fouet iustitiā.ₔ proni debemus esse ad absoluendum maxime in penis per iura vulgaria. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.liiij.

¶ Arbitri qđ iudicare habeant.ī.xl.dies statuto eugubij ₔ si nō iudicauerint.ī.illud tempus incidāt in penā ₔ.ī.alios.xl.dies habeant iudicare ₔ eodē statuto cauetur qđ si fuerit per alteraꝫ partium reclamatum qđ de nouo eligantur arbitri qui debeant iudicare.ī.xx.dies ₔ postea subditur precedatur an ex eo videantur cōcessi alij.xx.dies prout.xl.supradicti adeo qđ si arbitri secūdo electi.ix.Decembris ₔ eiusdem.xxix.hora.vij.noctis sentētiam tulerunt an si sententia nō valet tanꝗ non lata.ī.xx.dies possit sustineri tanꝗ lata in scđo termino aliorū.xx.dierū.per totū consi.liiij.

1 Dies sumitur a media nocte vsqꝫ ad aliam mediam nocteꝫ.
2 Additio est nota separationis.
3 Sentētia de nocte lata per arbitros quibus permissum est de causa cognoscere sine strepitu ₔ figura iudicij an valeat.nu.seq.ₔ nu. 9.vsqꝫ ad finem consilij.
4 Fieri multa prohibentur que tamē facta tenent.
5 Compromissum seu arbitramentū est quedā species trāsactiōis.
6 Uiā quis eligere non censetur per quam suū iudiciū impugnetur.
7 Clausula sine strepitu ₔ figura iudicij remittit iuris solēnitates ₔ ordinis iudicarij.
8 Clausula in vno capitulo cōprehensa censetur repetita in alio.
9 Arbitri vel arbitratores electi ex forma iuris cōmunis vel municipalis sunt iudices ₔ iurisdictionem delegatam habere censent̄.
10 Clausula prout eis videbitur ₔ placebit adire in compromisso vel contractu quid operetur.nu.seq.
11 Interpretatio fieri debet vt minus ledat ius commune.
12 Snia reqꝛit partis citationē peremptoriā a illius solēnizationem.
13 Citatio facta de nocte non tenet.
14 Sententia lata de nocte cōmuni opinione non tenet.

Copula

5 Copula ⁊ posita inter duas cōditiones requirit concursum utriusqꝫ conditionis.

Consilium.liiij.

In nomine dñi nostri Jesu Christi. †Uidetur prima facie dicendū qđ dicta sententia teneat non ob. lapsu tēporis nec obstāte qđ lata fuerit de nocte. lapsus enim temporis ea ratione non ob. quia nō fuit sentētia lata post tempus capiendo diem a media nocte usqꝫ ad aliam mediam noctem prout de iure sumitur per. l. more romano. ff. de ferijs. ⁊ c. cōsuluit. de offi. delega. †Dicit enim statutū seu decretum superioris qđ causa expediatur intra. xx. dies a die acceptationis dictio. a. est nota separatiōis. l. ratio. §. fi. ⁊ ibi gl. sup verbo a brundusio. de act. emp. ⁊ not. Bal. in. l. a colligato. C. de nup. cum hic agatur de odio quia irrogat penā non facienti ⁊ qđ agitur de odio tūc ponitur exclusiue vel inclusiue prout ampliatur vl' restringitur odiū prout volunt glo. in. l. id est usqꝫ. ff. de dolo. Cy. ⁊ Sali. in. d. l. a calligato. cōsiderat etiā Bar. odiū ⁊ fauorem. in. l. patronus. §. j. de leg. iij. ideo ut euitetur cōmissio pene ponat exclusiue. Item statutū dirigit verba in ipsos arbitros dicendo qđ dicti secūdi arbitri cogantur. ī terminū. xx. dieruꝫ a die acceptationis laudū seu arbitramētum in scriptis solenniter ferre prout ⁊c. ⁊ ipsi iudici imponit penam si negligens fuerit nō autē ponit morā instantie seu iurisdictioni: ideo licet si negligētes sunt nō finitur instātia neqꝫ expirat iurisdictio prout volūt Cy. Bar. Bal. ⁊ Rapha. qui dicit qđ diligēter sunt ponderāda verba an dirigant in iudicē an vero ⁊c. qđ dicit esse singulariter notādū. †Et

3 maxime hoc videt pcedere si statutum imponit penā iudici: naꝫ debemus stare cōtenti pena a statuto imposita prout dicit Spe. in titu. j. §. restat. versi. quid si statuto qđ dictuꝫ refert ⁊ approbat Panor. in. c. de causis. de offi. deleg. vbi d hoc articulo per. d. Anto. ⁊ Jmo. nō etiam videtur obstare qđ sentētia est lata de nocte. quia respōdetur qđ licet sentētia nō debeat ferri de nocte: tamen lata tenet ut no. gl. in. §. sedebūt. in auf. de iudicibus. ⁊ glo. in. c. cōsuluit de offi. de lega. ⁊ tenet flo. ibi dicens qđ sñia valet nisi pars

4 appellet. †Multa enim fieri non debent que facta tenent. l. patre furioso cum ibi no. per gl. de his qui sunt sui vel alie. iur. ⁊ in. c. ad apostolicā. de regula. ⁊ no. glo. in. d. c. cōsuluit. qđ maxime pcedit in casu isto i quo imminebat periculū lapsus termini penalis ipsi iudi. ⁊ sic erat periculū in mora: nam quādo al's laberetur tēpus statutū tūc licet teneretur qđ al's nō valeret sentētia lata de nocte tamē ut tunc valet prout volūt Inno. in. d. c. cōsuluit Bar. Bal. Ang. Rapha. ⁊ Ponta. in. d. l. more romano. ⁊ sic cōmuniter te

5 net. †Quod maxime videtur procedere hoc casu qa sententiātes eligūtur ut arbitri. ⁊ arbitratores prout nominātur in decreto cuius vigore eligūtur ⁊ in eo appellatur laudum ⁊ arbitramentum sentētia per eos lata: vnde videtur qđ cum arbitramētū sit quedā species trāsactionis per ea que habentur in auf. si vero contigerit. C. de iudicijs. ⁊ transactio lata de nocte teneat. l. non minorē. C. de transac. ideo etiam arbitramentum latum de nocte teneat et ipsi ferentes sententiā de nocte censeantur elegisse viā arbitratoruꝫ ut actus valeat. arg. l. semper in actionibus. ff. de reb. dub. ⁊ l. semp in stipulationibus. de verbo. obli. ⁊ c. si papa. de priuileg. lib. vj.

6 †Nec videtur quis eligere viā per quam suū iudicium impugnet. l. iij. ff. de mili. test. ⁊ maxime quia in dicto decreto claudit os parti succūbenti qđ nihil possit dicere vl' obijcere nec reclamare aduer

7 sus laudū vel arbitramentū per dictos arbitros latum. †Iteꝫ per dictum decretum videtur remissa solēnitas iudicialis qñ eis videtur esse cōmissum qđ cognoscāt summarie sine strepitu ⁊ figura iudicij. Item partibus presentibus. ⁊ non presentibus ⁊ citatis vl' non citatis ut patet ibi teneātur ⁊ debeant omnem causam ⁊c. cognoscere sūmarie sine strepitu ⁊ figura iudicij put ipsis arbitris ⁊ arbitratoribus videbitur ⁊ placebit ⁊ testes recipere ad iuramētum partibus presentibus vel nō presentibus ⁊ partibus ⁊ testibus citatis vel non citatis dummodo tamen examinato ⁊c. Illa enī verba sine figura iudicij sufficiūt ut censeatur remissa solennitas ordinis iudiciarij prout licet sub dubio forte vult gl. in verbo figura. in cle. sepe. de verbo. signi. qđ ⁊ sine verbo forte vult glo. in verbo non exigat eadem glo. cle. ⁊ Bar. in verbo figura. in extrauagā. ad reprimenda qđ ⁊ volūt Jo. de ligna. Pau. de leaꝫ. Ste

8 phanus ⁊ zabarellus. in. d. cle. sepe. †Et licet dicta verba interlineata ponantur in tractatu primorū arbitrorum ⁊ non repetuntur dum decretuꝫ tractat de vltimis arbitris tamē videtur in eis dicē dum. Tum quia dictū in vno capitulo legis censetur in alio repetitū. l. quemadmo. in fi. ff. ad leg. aquil. ⁊ §. hoc tamen capite. insti. eo. titu. tum maxime quia dicti vltimi arbitri vidētur in his cōparari ⁊ equiparari primis arbitris p illa verba qui secūdi arbitri ⁊ tertius coguntur modo ⁊ forma superius declaratis acceptare. et postea intra terminum. xx. dierum a die acceptatiōis laudum seu arbitramētum ⁊c. Et pauloante dixerat eligēdos modo ⁊ forma superius declaratis ⁊ corā eis de lesione ⁊ grauamine ⁊c. Ex quo ergo videtur sublata substantialis omnis forma ⁊ solēnitas iudiciaria satis videtur qđ put alij actus fieri possunt de nocte. ita et laudum seu arbitramētū hmōi ferri possit ⁊ saltem laudū latū va

9 leat per iam dicta. †His tamen non ob. cōtrariam partem arbitror iuri magis consentaneam. s. qđ dicta sententia nō teneat. Nā premitto qđ isti arbitri vel arbitratores electi ex forma iuris cōmunis vel municipalis sunt iudices. ⁊ cēsentur habere iurisdictioneꝫ delegatam. c. ab arbitris. cum sua gl. de offi. deleg. lib. vj. ⁊ l. apertissimi ⁊ l. fi. C. de iudicijs. ⁊ succedunt in locuꝫ iudicis dicit Bal. in. l. si iudex nutrici. de his qui sunt sui vel alie. iur. Item cōsidero qđ dictū decretum a quo dependet virtus cōpromissi ⁊ potestas arbitrorum dicit qđ secundi arbitri. ⁊ tertius electus in scriptis. ⁊ solēniter sententient ⁊ sic in sententia exigit solēnitates debitas ⁊ requisitas in alijs sententijs iudicum quo fit qđ iudices sunt ⁊ ut

10 iudices habēt ferre sentētias cū solitis solēnitatibꝰ. †Et licet subdatur prout eis videbitur ⁊ placebit respicit illa clausula ipsā sententiam ⁊ eius substantiam scꝫ utrum condemnet vel absoluat ⁊ utrum placeat de equitate an de rigore iuxta ea q habentur per Bar. in verbo videbitur in dicta extrauagan. ad reprimenda nec illa generalis clausula prout eis videbitur cōuenire respicit ea que sunt expressa. ⁊ specificata. arg. l. doli clausula. ⁊ l. stipulationū cōmodissimum. §. doli clausula. de verbo. obliga. ⁊ sic decernitur qđ ferant laudum seu arbitramentū: prout eis vel duobus ex eis videbit cōuenire dūmodo in scriptis ⁊ solēniter his psuppositis videt dicendum qđ dictū arbitramentum seu laudū ea ratione qa latum de nocte ⁊ in absentia alterius arbitri non legitime requisiti. de iure enim cōmuni arbitri non possunt sentētiare altero absente. l. sicuti. ff. de arbitris. ⁊ l. duo ex tribus. de re iudica. decretū autem qđ duo ex testibꝰ possint laudare: tamen requirit qđ tertiꝰ si est absens sit legitime requisitus personaliter vel ad domum: et hoc specifice reqrit decretum in tribus primis arbitris in secundo

11 vero electis hoc non exprimit. †Tamen arguendo a simili ⁊ a fortiori quia agitur de maiori pīudicio ⁊ quia dicit circa dictos secūdos arbitros ꝙ cogantur modo ⁊ forma superius declaratis acceptare: ⁊ postea laudum. ⁊ arbitramentum in scriptis solenniter ferre ⁊c. p illa verba modo ⁊ forma superius declaratis referēdo ea ad omnia sequentia dicendum est qđ intelligitur qđ duo ex eis si volūt laudare debeāt priꝰ requirere collegā absentem tunc enim duo ferunt laudum seu arbitramentū modo ⁊ forma superius declaratis. Et per hoc minus receditur a iure cōmuni prout fieri dꝫ in interpretatione cuiuslibet legis noue. arg. c. cum dilectus. de cōsue. ⁊ arg. l. ius singulare. ⁊ l. qđ vero contra. cum cōcor. ff. de legi.

12 ideo requiri debuit etiam ille alius arbiter qui fuit absens. †Iteꝫ requiri debuit etiam pars contra quam lata fuit sententia cū al's non fuisset solēniter lata ⁊ requiritur etiam vbi sine solēnitate iure deuenitur ad sententiā: ut in dicta clemē. sepe. ⁊ in cle. pastoralis. de re iudi. ⁊ per Bar. in. d. extrauagan. ad reprimenda in verbo figura ⁊ per eū ⁊ doct. in. l. filiusfami. ff. de dona. Quinimo posset attentari qđ peremptoriuꝫ requiratur cum illud requiritur ad solēnizandum sententiā. l. ad peremptorium. ⁊ l. tres denuntiationes. ff. de iud. l. cōsentaneū. C. quomodo ⁊ quādo iudex. ⁊ hoc propter verbum solēniter ⁊ quia videmus qđ requiritur solēnitas scripture que est solēnitas iure positiui. Nec obstant verba in cōtrarium ponderata dum dicit presentibus ⁊ non presentibus citatis ⁊ non citatis: quia illa verba non respiciunt sententiam sed testium examinationē. ponitur eniꝫ medio capituli qđ loquitur de examinatione testiū cum premittatur ⁊ testes recipere ad iuramētum testificādum ⁊c. ⁊ postea subdat partibus ⁊ testibus citatis ⁊ nō citatis ⁊ sic intromittit etiam de testibus ⁊ subdit dūmodo tamē examinatio dictorum testium fieri ⁊c. ⁊ sic precedit ⁊ sequit articulus examinationis testium: ideo solum illum articulum determinant illa verba presentibus ⁊ nō presentibus citatis ⁊ nō citatis. l. iij. §. ⁊ si pepercit. ff. de libe. ⁊ posthu. Maxime cum sint contra ius ideo non ampliatur per iura vulgaria. ⁊ facit glo. notabi

13 lis. in. l. talis scriptura. de lega. j. †Et ideo ex his cōcludenduꝫ est quod ex quo requiritur psentia vel requisitio arbitri ⁊ citatio partis ⁊ citatio facta ad tempus noctis tanꝗ notorie temeraria non tenet quia nō est facta ad tempus honestum prout voluit Pano. in. d. c. consuluit. arg. d. cle. pastoralis. ⁊ qđ non comparēs de nocte non reputatur cōtumax. dicit etiam. d. Anto. in. d. c. consuluit ⁊ ideo si pars ⁊ arbiter non fuerunt presentes sententia seu laudū debet reputari nulla. ⁊ mihi presupponitur qđ nō fuerunt presentes: ideo debet censeri nullum eorū laudum qđ debebat solenniter ferri ex forma decreti: ut supra. ⁊ sic eis etiam pro tribunali seden

14 tibꝰ. †Et licet sint opi. An sentētia iudicis lata de nocte teneat: ⁊ gl. ⁊ docto. aliqui teneant qđ valeat: tamen magis cōmunis est opi. qđ non valeat regulariter. nam hanc partē tenuit gl. in dicta l. more romano. ⁊ ibi Barto. ⁊ Jmo. in dicto. c. consuluit. ⁊ Bal. ⁊ Jmo. ibi. ⁊ videtur velle Joan. and. in addi. Specu. in ti. de sententie prolat. §. iuxta versicu. sed nūquid nisi sit lata de expresso vl' tacito consensu partium. ⁊ Jmo. ibi assimilat prout si lata esset tempore feriato. cum itaque prout mihi dicitur pars ⁊ vnus arbiter noluerint comparere tempore noctis quo tempore lata fuit

sententia. ⁊ sic non cōsenserunt tacite nec expresse nō tenet senten-tia ipsa lata de nocte per. d. s̄. Nec ob. ꝙ erat finis termini. nam iurisditio ⁊ instātia etiam postea durabant p. d. s̄. in adductis pro cōtraria parte. ⁊ licet instaret finis termini ipsis arbitris a statuto prefixi: tamē eis est imputandum quare se arctarūt ad eam horā: cum potuissent prius sententiare nec eorū negligentia debet incōmodare partes ꝙ teneantur de nocte cōparere: ⁊ si nō fuerint negligētes quia nō potuissent prius expedire nō incurrissent penā.
15 † Nam pena ex forma decreti imponitur si fuerint negligētes. dicit enim si fuerint negligētes in procedēdo ⁊ dictū arbitramētuz non expedierint intra dictos. xx. dies incurrant in penā. x. librarū. et sic duo requiruntur scz ꝙ fuerint negligētes: ⁊ propter negligētiam nō expedierint. copula enim ponitur inter duas cōditiōes ideo cōcursus vtriusqꝫ cōditionis requiritur. l. si heredi plures. ff. de cōdi. insti. l. generaliter. C. eo titu. Quod maxime dicēdum est hoc casu ad euitationē pene cū pene sint odiose ⁊ moliende. regula in penis. in. vj. ⁊ l. si preses. et. l. interpretatione. ff. de penis, cum similibus. Et propterea si negligentia nō precesserat non imminebat eis periculum: sin autē precesserat debet potius eis imputari q̄ꝫ partibus vt arctentur eo tempore incōgruo comparere. Nec est eadem ratio prout quādo actio instantia vel iurisditio expirat qr tunc versatur interesse partiū ꝙ causa expediretur ⁊ nō deseratur instātia vel iurisditio finiatur vt sic iudex ipse nequeat causam terminare in quibus casibus docto. volunt sententiā valere. vnde est diuersa ratio q̄ꝫ vbi agitur de preiudicio solius iudicis negligētis ⁊ vbi diuersa ratio est diuersum ius. l. fi. ff. de calū. ⁊ l. si marit⁹. C. de dona. inter virū. et. l. naturaliter. §. nihil cōmune. de acqui. pos. Et ex his cōcluditur ꝙ tale laudū nō valeat quia latū de nocte et parte ⁊ arbitro absentibus qui citati nō tenebātur ea hora interesse nec in aliquo releuāt illa verba sine strepitu ⁊ figura iudicij qr illa verba nō referūtur ad sententiā sed ad modū procedēdi quia determinant verbū cognoscere: ideo nō refertur ad sentētiā maxime secūdorum arbitrorū in qua est dispositū ꝙ feratur in scriptis. et solēniter prout. ⁊ s̄. deductum est. Nec ob. ꝙ sequitur prout eis vel duobus ex eis videbitur cōuenire per supradicta: ⁊ etiaz quia verbū videbitur denotat arbitriū boni viri. l. fideicōmissa. §. q̄ꝫ q̄ꝫ. de leg. iij. ⁊ per Bar. in. d. extrauagā. ad reprimēda in verbo videbitur. nec videtur cōuenire bono viro ꝙ de nocte sententia feratur in absentē ⁊ altero arbitro absente per predicta Laus deo.

Summarium super consilio. lv.

1 ☞ Mater ⁊ cōiuncti vsqꝫ ad tertium gradum ꝙ tutorē petere debeāt. ī. x. dies a tempore mortis partis statuto Burgi sancti sepulchri alias intelligatur priuati omni successione moritur pater peste relictis vxore ⁊ duobus filijs etiam auo supstite paterno dictorum pupillorū moriūtur pupilli post. x. dies a tempore mortis eorum patris: an possit mater succedere attento ꝙ auus paternus erat viuus ⁊ vixit per. x. dies post mortē patris pupillorum quasi sibi tutele onus incumberet vt mater dicatur excusata peste in sua propria domo a pena statuti predicti quare tutorem non petierit de quo in nu. ⁊ per totum cōsilium.
2 Auus nunq̄ꝫ pater appellatur.
3 Nepos continetur filij appellatione.
4 Mater in successione ab intestato sui filij excludit omnes transuersales demptis fratribus ⁊ sororibus vtrinqꝫ cōiunctis.
5 Hereditatem aui non agnitam transmittit iure suitatis neptis ex filio premortuo.
6 Hesitandum non est super casu legis aperte.
7 Nepos transit in potestatem aui morte sui patris q auus sepe solet pater appellari.
8 Tutor non datur pupillo cōstituto sub patria potestate.
9 Impossibilium nulla est obligatio.
10 Impedito de iure non currit tempus.
Prescriptio non nocet legitime impedito.
11 Statuta recipiunt interpretationem passiuam a iure communi.
12 Serui nō possunt habere patriā potestatem quā habēt soli ciues romani ⁊ nō sunt ciues romani sꝫ pdūt ea q sunt romanoꝝ ciuiū.
13 Banniti nostri temporis equiparātur deportatis ⁊ perdunt patriam potestatem quā habēt in filios ⁊ ciuilitatem nu. 12. ⁊ seq. et ea que sunt iuris ciuilis vt successiones. ⁊ nu. 19. tamen cum bonorum confiscatione. nu. 20. per totum.
14 Bannitus appellatur hostis publicus. nu. seq.
15 Opinio communis in decisiuis est tenenda.
16 Statutum tollere potest iura communia ⁊ beneficia pro vt municipalia in proprio territorio quo ad illius subditos tantum.
17 Bannum particulare tantū operatur respectu territorij bannientis quantum vniuersale respectu vniuersi.
18 Florentini habent in eorum territorio iura principis.
19 Hostes principis perdunt ea que sunt iuris ciuilis idem banniti cum bonorum confiscatione. vt nu. seq.
20 Cōdemnatus capitaliter vel bānitus cum non cōfiscatione bonorum libertatē vel ciuitatem nō perdet vel ea que sunt iuris ciuilis
21 Deportati ⁊ relegati differunt quia relegatorum bona non solēt publicari ⁊ retinent iura ciuilia: deportati vero non quia illorum bona publicari solent.
22 Bāniti quo ad vnuz territoriū nō perdūt oīa iura ciuilia vel cōia sed tm̄ ea q̄ sunt illi⁹ territoriū: iō testari pōt scōm ius cōe. nu. seq.
23 Testari quādo potest bannitus ⁊ testamentū extra territorium factum scōm statuta loci illius non valet in eo loco vbi testatur.
24 Contumacia penam tantū imponit illam ⁊ non maiorē que a lege iuris communis imponitur. nu. seq. ⁊. 26.
25 Statutū quod aufert omnia iura aufert tantū ea que sunt statuaria ⁊ non iuris cōmunis nec trahitur vltra territorium.
26 Pena est molienda seu restringenda non autem amplianda.
27 Condēnati exilio vel vltimo supplicio efficiuntur pene serui. fallit in cōdemnato vigore cōtumacie ⁊ ficte cōfessionis.
28 Tutorem suis filijs mater petere nō potest auo paterno viuente qui dicitur legitimus tutor.
29 Sui heredes sunt reducti ad instar extraneorum beneficio hereditatis abstinende iure pretorio.
30 Testari non potest filiusfamilias.
31 Hereditatem non agnitam sui transmittunt in heredes illorum.
32 Hereditatem fratris non agnitam frater non transmittit.
33 Restitutionis beneficium in integrum aduersus hereditatem nō aditam transmittit minor.
34 Restitutionis beneficium debet peti infra quadriennium.
35 Rescripta interpretantur ex prefationibus illorum.
36 Rescriptum erroneum et iuri communi contrarium concessum absqꝫ cause cognitione non citatis quorum interest non valet.

Consilium. lv.

35 Alienatio rerū immobiliū minoris lz iure nō valeat absqz decreto tamen iuramento firmata valet.
36 Legatū rei aliene cum iuramento vel pena valet vt heredes legātis ad id teneantur.
37 Casu fortuito nemo excusatur quādo culpa precessit casum.
38 Pena non potest excusari difficultate.
39 Pena promissa per donatorem in cōtractu donationis cum iuramento casu quo venerit contra donationem q peti possit in foro conscientie si fuerit cōtrauenerit donator. vsqz ad fi. consi.

¶ Consilium. lxix.

In nomine dn̄i nostri Jesu Christi. ¶ †De duobus queritur in hac cōsultatio 1 ne primo an agi possit ad rem donatam. secundo an pena sit commissa circa primum presupposito q donatio excedat legitimam summā de qua. in l. sancimus. et in l. si quis pro redemptione. §. fi. C. de dona. presupponitur q non est facta insinuatio. Ideo videt q donatio quatenus excedit legitimā summaz: et sic 2 quingentorum aureorum donatio nō valeat per dicta iura. †vsqz enim ad legitimā summā donatio nō vitiatur propter defectū insinuationis: vt. d. l. sancim⁹. §. finaū amplioris summe. et. d. §. fi. dicte. l. si quis pro redemptione. et clarū foret si nō interuenisset iuramentū. dubium autē resultat vtrum iuramētuz firmet donationē al's inualidā propter omissam insinuationem. videtur enim prima facie dicēdum q donatio propter defectū insinuationis inualida non firmetur iuramēto pluribus rationibus. et primo quia donare est perdere. l. filius. ff. de dona. vnde cum videatur apparere euidēs et clara lesio: ideo iuramentū nō videt discretū: et p cōsequēs videtur q nō obliget: qz nō videtur q habeat tres comites quos iuramētum requirit. s. veritatē iustitiam et iudiciū et discretionē vt ait Hieremias. c. iiij. ad hoc. extra. de iureiur. c. et si christus. et ca. 3 iurabunt. xxij. q. j. et ea. cau. q. ij. c. animaduertendū. †Secūdo quia prohibitū vna via nō debet alia via pmitti. l. scire oportet. §. oportet. ff. de excusa. tuto. in regula. cum quid vna via. in vj. igitur cum iura velint donationes deberi insinuari al's nō valeat nō videtur q debeant firmari per viam iuramēti: maxime cuz al's dispositio statuti posset effici elusoria cū facile sit iuramētū apponi in instru 4 mento prout et apponi solet† nec debet cōstitutio reddi elusoria. arg. c. cōmissa. de elec. lib. vj. et. c. si papa. de priui. eo. lib. et l. si pretor. in prin.

5 In prin.ff.de iudi.† Tertio quia donatio sine insinuatione iuris suspecta de fraude.l.donatio sine.z.l.data opa.C.de dona.z iuramentum fraude vel dolo aduersarij emanatū nō artat.c.cum cōtingat in fi.de iureiur. Quarto quia eadē facilitate qua quis inducitur ad donandū inducitur eadē ad iurādū.ideo ea ratione qua non astringitur donatione videtur q̄d non astringatur iuramēto

6 arg.l.doli.ex.ij.diuersum.§.de dona.† Quinto quia videt̄ ob publicam vtilitatē inductū per metum z fraudē grauiter ledatur q̄d

7 corā iudice cessare presumitur.l.fi.ff.q̄d me.cau.z† q̄r interest reipublice ne q̄s re sua male vtatur.§.fi.insti.de his qui sunt sui vel alie. iur.prout has rationes pro hac parte adducit Saly.in.l.pe.C.de dona.z quidā allegat eum tenere hanc partē sed Jmo.in.c.cū contingat de iureiur.in antepe.char.recitat Saly.dicere q̄d quomodo

8 est dubia z q̄d relinquit cogitandum.† Sexto pro hac parte facit quia solēnitati insinuationis non pōt renūciari.prout voluit sim. vin.in.d.l.sancim⁹.q̄d z tenuit Bart.z Jmo.in.l.modestinus.de dona.z Bar.in.l.illud.C.de sacrosan.eccle.ideo put non potest renunciari ita nec possit per iuramentum tolli necessitas adhibendi dictam solēnitatem.videtur enim solēnitas insinuationis requisita nō fauore donātis quia tunc posset renūciari sed videtur inducta in odium donatarij suspecti de fraude:ideo ex hoc videtur nō

9 posse renunciari.† Septimo vbi cōtractus vitiatur propter odiuz alterius nō firmatur iuramēto licet iuramētū liget.c.significante.

10 de pigno.z tradit Bar.in.l.si quis pro eo.ff.de fideius.† Octauo ad hoc vt iuramentū firmet contractum precipue requirū tur tria. primo q̄d persona sit habilis seu habilitata per iuramentum.scd̄o q̄d generalis forma sit seruata.tertio q̄d nō sit facta super re prohibita.l.si quis inquilinos.§.fi.ff.de leg.j.z.l.nō dubiū.C.de legib⁹. que tria omnia non cōcurrunt in casu nostro:quia nō videtur cōcurrere scd̄m z tertiū merito zc.prout per hoc vltimū arg.hoc firmat Bal.in.l.illud.C.de sacrosan.eccle.qui hanc partez firmat in quodā suo cōsilio q̄ incipit certū est q̄d filia vbi cōcludit q̄ ex quo insinuatio est inuēta vt fraudibus obuietur.d.l.data opera q̄d nō sit necessaria absolutio a iuramento licet cautius z securi⁹ sit illaz impetrare f̄m eum in.d.consilio.z q̄ absolutio sit concedenda vi-

11 detur magis aperta fronte concedendum.† Quia quādo iuramētum apponitur sup actu qui vitiatur odio recipientis potest peti z concedi relaxatio iuramēti per.d.c.significante.et habetur in.c. j.z.c.debitores.de iureiuran.z firmant Barto.z Ange.in.d.l.si quis pro eo merito saltem petita absolutione iuramēti,possit do-

12 nator venire contra donationem.† Licet in casu nostro nō sit necessaria absolutio:quia iurans decessit z heredes nō ligātur iura

13 mento.c.veritatis.de iureiur.† z pro hac parte q̄ iuramentū non validet donationē non insinuatā videtur esse glo.in.c.j.§.item sacramēta puberū.de pace iura.firm.in vsibus feu.que videtur velle q̄d sit specialis in illo casu q̄d cōtractus inualidus firmet̄ iuramento si ip̄ale in illo casu.ergo in contrariū ius cōmune.l.j.ff.ad muni. z Fede.de senis in cōsi.cclxxj.incip.casus talis est statuto ciuitatis cauetur.put refert Pōta.in.l.modestinus.ff.de dona.q̄d z tenuerunt Guil.de cu.z Albe.de rosa.in.d.l.illud.z idē tenuit Pau.de cast.in duobus cōsilijs f̄m q̄ facit mentionē de primo incip.circa bona dñi Vberti:z dicitur idem cōsuluisse Ang.in cōsilio suo q̄d incipit pro parte negatiua.z Bal.in alio cōsilio suo q̄d incipit quidam masus.His tamē minime refragātibus contrariā sententiā arbitror iuri magis cōsentaneam.cōstat enī q̄d hmōi donatio potest seruari sine dispendio salutis eterne z ppterea iuramentū sup ea interpositū:ideo est seruandū per regulā tex.d.c.cum cōtingat. z.c.Quis.de pactis.in.vj.z.c.licet mulieres.de iureiur.eo.lib.z in dictis iuribus iuramentum non solū ligat:sed etiā firmat cōtractū prout omnes in eis firmāt.Ad idez text.z doct.in auf.sacramēta puberū.C.si aduersus vendi.Licet enim de iure ciuili ante.d.auf. iuramentū non firmaret cōtractus inualidos:tamē per.d.auf.contrarium disponitur i casu suo:z de iure canō.magis late idē disponitur:vt.d.c.cum cōtingat.z in.d.c.Quis.que quidē capitula.licet loquātur in casibus specialibus.tamen quia se fundant in ratiōe generali generaliter intelliguntur ab omnibus etiā extra suos casus idcirco licet ius cōmune vel municipale annullet donationem nō insinuatā:tamē illa videtur iuuari iuramento per.d.iura put z firmat Jo.and.in addi.specu.in titu.de instru.editio.§.porro. in vlti.additione per iura preallegata:z per ea que in eis habētur. Item quia donatio non insinuata non est ex toto prohibita:quia intra certā sūmā tenet.d.l.sancimus.z quia non habet perpetuaz causam prohibitionis.de.l.penul.C.de dona.f̄m euz quē videtur sequi Ponta.in cōsilio mihi in ordine.xxiiij.incipiē.pro decisione eorum hanc etiam partem videtur tenere Ange.in.d.l.sancimus dum in fi.se remittit ad no.per Joā.and.in.addi.specu.in titu.de. instru.edi.Et in anno.Mcccclxxij.apud Vrbinuz pro hac parte cōsuluit clarissimus doctor dñs Alexander Jmo.allegabat idez firmare Bal.in.d.c.cum cōtingat.viij.col.vbi dicit q̄ iuramentū firmat donationē non insinuatam:quia nō est cōtra tales mores cuius transgressio inducat peccatum.de alijs enim morib⁹ nō est curandum per id q̄d habetur.in.c.Quis.de pac.in.vj.Item adducebat q̄ idem cōsuluit in consi.xcij.incip.cum lis z subdebat p̄fatus cōsulēs quod ita vidit al's cōsultum per excellentes doctores maxime per.d.Joanē de anania q̄d dicebat q̄d ita viderat consultum per dñm Pacem de aliqua dicentē q̄d lz Bar.in.l.modestinus.in fi.ff.de dona.z in.d.l.si quis p eo nō decidat expresse hūc casum tamē ex dictis per eum in.d.l.si quis pro eo colligit̄ Bart. voluisse q̄ donatio firmetur iuramēto.z etiā dicebat q̄d dñs Petrus de vbaldis de perusio idē cōsuluerat z illi cōsilio dña Pacis se subscripserūt quasi omnes docto.bononiēses.maxime.d.Florianus de sancto Petro z dñs Joānes de Jmo.prout referebat p̄fatus Joannes de anania f̄m alexandrum predictū cui⁹ consilio se subscripsit famosissimus dñs Bal.de bartholinis mihi compatriota et pater quod in sua subscriptione allegabat pro hac parte Jo.and.vbi.s.Ang.cōsi.xcij.Fede.de senis cōsilio.cclxxvij.Bal. in cōsi incip.quidā nomine Jacobus de toscanella.item Jmo.in d.c.cum cōtingat.z Jmo.ibi in antepe.char.z in.xl.char.circa.vij. membrū.z Panor.ibi.z in.xxj.col.Itē dicebat se pluries vidisse consultum per dñm Joānē petrutij z dñm Benedictum caprum qui fuerūt docto.integerrimi iudicij.Item dicebat q̄ vidit cōsiliū dñi Mariani suzz.qui dicebat se vidisse bis consultū pro hac parte:z dicebat prefatus dñs Bald⁹ q̄d z ipse pluries cōsuluit:z ego

14 illi cōsilio me subscripsi z al's pluries p hac parte cōsului.† Aduertendum tamē est q̄d dicta opi.videtur intelligenda qñ est renūciatum insinuationi faciēde z iuratuz ex dictis per Fede.de senis in preallegato cōsilio quem quidā allegant pro cōtraria parte.dicit enim Fede.in dicto cōsi.incipien.casus talis est statuto ciuitatis:licet quidā ipsum in cōtrarium allegant.dicit enim Fede.in.d.cōsi. q̄ si ex forma statuti qlibet donatio debet insinuari vel registrari. intra sex mēses al's sit nulla z iuramētū simpliciter sit prestitū sup obseruatione donationis non cōfirmat donationē aduersus nul

15 litatem que causatur ex post facto.† Quia iuramentū intelligitur rebus sic se habētibus.c.quemadmodū.de iureiur.et in.c.cū inter p.gaufedi.de renūci.z facit.l.continu⁹.§.cum quis.de verbo.obli. Sed vbi iurans expresse iurasset seruare donationem.non ob.q̄d si postea nō insinuaretur tenet expresse p̄fatus doctor in fi.cōsilij q̄d donatio tunc cōfirmatur iuramento licet postea nō insinuaretur. Quis dictū statutū fundet se super ratiōe.d.l.data opera:z sic decidit casum nostrū vbi interuenit simile iuramentū de seruādo donationem z cōtrā eam nō veniendo non obstante defecta insinua

16 tionis a iure requisiti.† Et hoc idem voluit.d.Anto.in.d.c.cum cōtingat.dicēs prout eum refert Jmo.ibi.in.vij.mēbro principali q̄d iuramētum excludit nullitatē causatam ex causa de p̄senti f̄m tempus iuramēti:quia iuramentum tūc refertur ad illud tempus secus si nullitas resultet ex causa superueniēte ex post facto vt propter insinuationē non facta vel gabellam nō solutā ex forma statuti annullantis actum ex post facto.z idē sequitur ibi Jmo.f̄m quem.d.Anto.hoc limitat nisi tali statuto loquēti de insinuatione esset renūciatū cum iuramento:quia tūc donator nō posset venire contra donationē:nec etiam eius heredes vbi latius per eum quem sequitur Jmo.z hanc partē tenuit etiā Ang.in.l.penul.C. de dona.z est tutior pro anima:ideo videtur amplectēda.ar.l.sunt persone.ff.de religio.z sump.fune.z.c.veniens.de spō.Ideo dicet quispiā cum in casu nostro nō sit expresse renūciatum insinuatiōi future prefati docto.videlz Fede.Anto.Jmo.z Panor.volūt iuramentū nō firmare hāc donationē:z sic licet al's quādo fuisset renunciatum sit cōmunis opi.canonistarū q̄ iuramētū firmet donationem nō insinuatā:tamen q̄ non firmet qñ non est renunciatum videtur magis cōmunis opi.z legistarū z canonistaz q̄d iuramentum nō valeat.Sed respōdetur q̄ in casu nostro:licet non sit specialiter z specifice renunciatū inefficacie resultāti ex defectu insinuato:tamen videtur effectualiter z implicite renunciatum.et

17 sic factum equipollens.† Nec solet curari quid ex equipollētibus fiat.l.mulier.ff.ad trebel.l.si mater.C.de insti.z substi.sub cōdi.fac. cum simi.nam primo promisit pure libere z mere.Ex quo pure: ideo non sub cōditione si insinuabitur.Si enim non facta insinuatione nō teneretur exequi pure sed sub quedam conditione nec li-

18 bere.† Quia verbū libere importat q̄d sine aliqua solēnitate vt est tex.f̄m intellectū Hosti.in.c.j.de rescriptis.in antiquis cui satis videntur inherere ibi Floren.z Panor.ad idem.l.j.z.C.de sacrosan. eccle.ibi Bar.in.vi.q.z cōsequenter requiritur alterius factuz non censetur libere fieri glo.in verbo libere.in cle.dudū.de sepul.in.c.fi. de post.prela.in.c.ordinarij.de offi.ordi.lib.vj.in solēnitate autem requiritur factū iudicis z scribentis in actis:q: notari⁹ debet scribere de cōmissione iudicis vt dicit Bald.in.l.illud.C.de sacrosan. eccle.ideo nō pure mere z libere mādaretur executioni si non man

19 daretur nisi facta insinuatione.† Item antea p̄miserat non reuocare cessare infringere annihilare rūpere vel annullare nec aliquā ingratitudinis causam allegare vel aliā quacūqz rōnē z quocūqz modo allegare dicere vel obijcere vel aliqualiter opponere in iudicio vel extra q̄ verba vniuersalia geminata sine dubio important q̄ nō possit opponere q̄ nō sit insinuata cum vniuersale nihil excludat per iura vulgaria maxime geminata.l.balista.ad trebel.et

verba vniuersalia trahūtur etiam ad ea que al's in verbis generalibus nō cōprehenderentur: quia verisimiliter nō esset in specie cōcessurus ẜm theoricā Bar. in. l. si pluribus. de leg. ij. dū respondet. ad. l. obligatiōe generali. de pigno. nec potest restringi ad ea que tunc poterāt obijci: ꝛ sic nō potest subintelligi rebus sic se habēti-
20 bus in quo se fundant prefati doct. † ex quo inter cetera promisit nō reuocare ratione ingratitudinis nec ingratitudinē obijcere qđ intelligitur de ingratitudine futura. propter futurā enim ingratitudinem reuocatur donatio. l. fi. C. de reuo. dona. ita ꝙ sequēs vniuersalis clausula etiā si restringeretur ad similia cōprehēderet causam de futuro superuenientē prout videntur pfati doc. dicere qđ
21 sit causa insinuationis nō secute. de quo infra dicā. † Itē postea promisit nō cōtrauenire aliqua ratione iure modo vel causa: ꝛ sic nec ratione alicuius cause presentis nec future saltem que poterat probabiliter prouenire prout est insinuationis non facte: ꝛ sic cēseatur promisisse non contrauenire ratione insinuationis non fa-
22 cte † ꝛ qui signo vniuersali vtitur nihil excludit. l. iulianus. de leg. iij. ꝛ. c. solite. circa finē. de maio. ꝛ obe. cū simi. Et coadiuuant per illa verba. in fi. posita vllo vnꝙ tempore qualitercūqꝫ ꝛ quocunqꝫ modo qui quēlibet dici vel excogitari posset. tot enim geminationes verborum ad idem tendentiū magis influunt ꝛ magis operantur. c. ꝛ si christus. ꝛ qđ ibi habetur. de iureiuran. ꝛ in. l. balista. ff. ad trebel. ꝛ ꝙ per Bal. in verbo cassetur ꝛ irritetur. de pace cōstātie: et per Ang. in. l. si stichuꝫ. §. stipulatio. de verbo. obli. ꝛ in. l. iij. §. si furiosum. ff. de iure codi. ꝛ multa hmōi possent ad propositum
23 induci. † Item renunciauit auxilio beneficio ꝛ fauori si cōpetēti ꝛ cōpetituro prout credo velit dicere: licet in copia mihi trāmissa dicat cōpetenti et cōpetere tunc ille infinitiuus cōpetere nō haberet verbū a quo regatur salua ratione recti sermonis ꝓut salua esse
24 debet. l. plantius. de auro ꝛ argē. lega. † itaqꝫ deberet subintelligi verbū posset ꝙ solet in similibus renunciationib' apponi qđ verbum habet tractū in futurū. l. si ita quis. de leg. ij. Bar. in. l. si ita. de auro ꝛ arg. leg. Item forte deficit in copia vnum. t. forte dicit cōpeteret tunc etiam traheret ad futurum. l. si debitor. §. verisimile. de cōtrahē. emp. ꝛ in. l. cum certe. ff. de vino triti. ꝛ oleo leg. ꝛ no. Bar. circa clausulam codicillarem si diceret nō valeret in repeti. l. j. ff. de iure codi. ꝛ in auf. ex causa. C. de libe. prete. ꝛ doc ibi. ꝛ bal.
25 in. l. fi. C. de codicil. † Similr̄ ꝛ natura infinitiui est apta nata trahi ad omne tēpus: vt per gl. ꝛ docto. in. l. v. §. stipulatio. de ꝟb. ob. Item natura copule est addere. l. ea tamē adiectio. de leg. iij. ꝛ per Bal. in. l. gallus. §. etiam. de lib. ꝛ posth. ꝛ per ca. in. c. ij. de rescriptis. cum itaqꝫ premiserit de beneficijs et auxilijs cōpetentib' vt verba sequētia operētur intelligātur etiam de cōpetentib' de futuro: ꝛ sic nō intelligatur rebus sic se habētibus: qm̄ beneficiū tūc non cōpetens ꝛ postea cōsecuturum non potest esse nisi aliqđ de
26 nouo superueniat. † Et ideo iuramentū validet talē cōtractū non ob. defectu insinuationis ẜm opi. ꝓdictorū Fede. de senis. d. Ant. Flor. Imo. et Panor. insup videtur ꝙ licet qn̄ statutū disponeret ꝙ de quolibet contractu debeat solui gabella vel debeat insinuari intra tale tēpus quo elapso contractus annulletur posset ꝓcedere eorū ratio: ꝛ ideo eo casu intelligātur: tū in terminis iuris cōis quo disponitur simpliciter ꝙ donatio a qngētis aureis supra nō valeat profecto ab initio nō est insinuata nec lex prefigit terminū ad insinuandū post qđ velit ꝙ non valeat ꝛ si a principio peteretur executio vel implementū cōtractus donationis repelleretur ꝓut ex post facto. iura enim que annullant donationē non insinuatā nō distinguūt aliqđ tēpus itaqꝫ si a prin. valeret: ita et post annū et post bienniū et vltra: qđ tamen nemo attētaret fingit itaqꝫ ab initio pro non scripto ꝛ pro nō intellecto anteꝙ insinuatur vt probat tex. in. d. l. sancimus. ibi creditur qđ verbū credatur importat fictionē. l. conficiūtur. in prin. iuncta gl. de iure codi. ꝛ. l. retro creditur. ff. de cap. facta autē insinuatiōe remouetur illa fictio ita videntur procedere in hac parte iura nec video quomodo cēseatur res mutata: ita ꝙ illa tacita cōditio rebus sic se habētibus nō verificet. Nunc enim nō est insinuata nec tunc erat insinuata ita mihi videtur omnino dicendū: salua tamē meliori sentētia: licet etiā
27 si secus diceremus militaret aliud mediū supra positum. † Et lꝫ multi legiste teneant ꝙ iuramentū nō ꝓuideat aduersus inefficaciam resultantē ex insinuationis defectu ꝛ verū dicāt de iure ciuili tamē ca. cōmuniter tenent cōtrarium ꝛ procedit de iure ca. cui standū est in materia iuramēti per. c. licet mulieres. de iureiur. lib. vj. ꝛ p no. p Bar. ꝛ Bal. in. l. priuilegia. C. de sacrosan. eccle. ꝛ glo. in. c. ij. de arbi. lib. vj. et gl. in. c. possessor. de regu. iur. eod. libr. et per doct. in. c. fi. de ꝑscrip. in antiquis ꝛ in materia ca. credendū est potius canonistis ꝙ legistis. arg. notatorū per gl. in. c. vt veteruꝫ. ix.
28 dis. † Non enim ob. primū quia negatur ꝙ hmōi iuramētum sit indiscretū: et etiam negatur ꝙ donatio cēseatur magna lesio: naꝫ ad nobilitatē animi donatio spectat. c. j. de dona. ꝛ liberalitas que
29 cōmuniter versatur in dādo ascribitur munus virtutis. † ꝛ insup lesio nō impedit vim iuramenti dūmodo nō includat dolū vel faciat cessare cōsensuꝫ vt probatur aperte. in. c. j. ꝛ in. c. debitores. de iureiuran. ꝛ in. d. c. significāte. vbi iurans soluere vsuras artatur ad

obseruationē iuramenti. Ad hoc etiā quod no. gl. in. c. fi. de emp. et vendi. ꝛ que habentur. in. l. ij. C. de rescin. ven. vbi iurās seruare contractum nō habet beneficiū. d. l. ij. licet ledatur vltra dimidiaꝫ iusti precij: ideo iuramentū ratione lesiōis nō dicitur in discretū. in discretū autē videtur esse quādo emanat sine iudicio intellect' puta a mente capto vel impubere forte nō doli capace ꝓut dicit Imo. in. d. c. cum cōtingat. vel dicamus ꝙ debet esse discretū: qa
30 ex causa et cum deliberatiōe debet prestari: † adeo ꝙ iurās sine causa est in culpa. d. c. ꝛ si christ'. nec ob. scđa ratio adducta in cōtrarium: quia dicta regula ꝙ vna via ꝛc. nō vēdicat sibi locuꝫ vbi interuenit iuramentū: quia iuramētū validat cōtractū al's inualidum. d. c. cum cōtingat. ꝛ. d. auf. sacramēta puberū. ꝛ. d. c. ꝙuis. prout et tenet Imo. in. d. c. cum cōtingat. preterea illa regula militat in actu simpliciter prohibito: quia nō debet ꝑ viā indirectaꝫ cōcedi sed in casu nostro donatio nō est ꝓhibita sed inefficax sine virtute insinuationis: ideo nō sequitur simplex donatio est inefficax. ergo etiā iuuata robore iuramēti est efficax ꝓut al's nō infertur pupillus non obligatur. ergo adita autoritate tutoris vel decreto iudicis nō obligatur. Item testamentū regulariter sine debita solēnitate non valet. l. hac cōsultissima. C. de testa. tamē iuuata presentia principis valet nec est elusoria dispositio q̄ prouidet solum eo casu vbi nō interuenerit iuramentū: ꝛ licet dispositio secularis de facili possit eludi ꝑ appositionē iuramēti nō ꝓpterea receditur a virtute iuramenti. Nam pariter possumus ideꝫ dicere in terminis. d. c. cum cōtingat. ꝛ. d. c. ꝙuis. ꝙ cōtraria dispositio iuris ciuilis de facili redditur nulla siue elusoria: ꝛ tū id nō attenditur per dicta iura merito nec attēdatur in casu nostro ꝛ insup satis est amico de aliquibus prouideri. l. tutor. C. de neg. gest. nec ob. tertium: quia licet sit suspecta donatio non insinuata: tū ista suspitio nō est attēdenda per no. per glos. in. c. si vero. de iureiur. et arg. d. c. quāuis. licet eñ inducta sit solennitas insinuatiōis ne detur occasio malignandi et cōmittendi fraudes: nō tamē sequitur ꝙ cum insinuatione fraudes cessent et sine fraudes adsint: iō non tollitur virtus iuramēti: ꝛ maxime qa dicta ratio fraudis in vna donatione mille aureorū pariter se habet ad centū vel quingētos prout ad residuū: tamen ex forma iuris cōmunis vitiatur solū id quod excedit legitimā summā. d. l. sancim'. ꝛ prout supradictum est: merito patet ꝙ illa suspitio fraudis nō est ratio precisa nec est presumptio fraudis: licet sit suspitio: ideo nō debet veniri contra iuramētum: ꝙ certe est de se malū propter suspitionē fraudis cuꝫ fraus sit incerta iuxta illud euāgelij tene certū ꝛ dimitte incertuꝫ:
31 † et de duobus malis minus malum est eligēdū. l. j. ꝛ. ij. de carbo.
32 edic. ꝛ in. c. duo mala. xiij. distin. † Nec ob. quartū: qa dicta ratio non cōsideratur: vt patet. in. d. auf. sacramēta pube. ꝛ in. d. c. quāuis. et in. d. c. cum cōtingat. prout ꝛ dicit Imo. ibi sic ꝛ al's q cōfitetur se recepisse mutuū cēset intra bienniū cōfiteri spe future numerationis: ideo datur sibi exceptio nō numerate pecu. C. de nō nu. pe. quasi per totū. que cōpetit etiam si remittatur vel renūcietur exceptioni nō nu. pe. ea ratione: quia ea facilitate qua quis inducitur ad confitendū eadem facilitate inducitur ad renūciandum prout volūt Nico. de mata. Pe. Cy. ꝛ Bal. in. l. si ex cautiōe. eo. titu Unde secus est si renūciatio sit iuuata iuramēto ꝓut volunt Bar. ꝛ Ange. in. l. fi. C. de nō nu. pe. et Imo. in. d. c. cū contingat. in. vij. mēbro principali charta. xlij. et tamē potest ibi probabiliter dici ꝙ ea facilitate qua inducitur ad confitēdum ꝛ renūciandum inducitur ad iurandū ꝛ nihilominus iuramentum firmat renunciationem al's inualidā: ideo dicta ratio nō cōsideratur quo ad iu-
33 ramentū vt patet ex predictis. † Nec ob. quintū arg. in cōtrarium adductum: qꝛ si qua est illa publica vtilitas est vtilitas publica secūdario nō principaliter que vtilitas publica secūdario nō impedit iuramentū firmare cōtractū prout euidenter apparet. in. d. c. cum cōtingat iūcta. l. j. ff. solu. matri. ꝛ idem possumus dicere i terminis. d. auf. sacramēta pube. et. d. c. quis ꝙ iterest reipublice ꝙ minores vel filie nō male vtantur eorum substātia et nihilomin' id non attenditur ad impediendū virtutem iuramēti vt in eis patet: ꝛ ꝙ secūdaria publica vtilitas nō cōsideretur in hac materia iuramenti firmat Bar. in. d. l. si qs pro eo. et doct. cōmuniter oēs ibi. ꝛ in. d. cum cōtingat. cōstat enim ꝙ istud respicit principaliter cōmodum priuatū: quia incōmodū principaliter afficeret priuatum ꝛ fraus ipsa principaliter ꝓuato preiudicaret facit. l. ij. in fi. ꝛ ꝙ ibi per Bar. ff. ad muni. nec ob. sextū arg. quia nō sequitur non potest renūciari sine iuramēto. ergo iuramentū nihil operatur: nam et in terminis. d. auf. sacramenta pube. non posset pubes renunciare solēnitati decreti iudicis vel autoritatis curatoris: et tamen iuramentū validat cōtractum similiter in terminis dicti. c. cum cōtingat. ꝛ. d. c. quāuis. renūciatio nō validaret ꝯtractū et iuramentū validat: ad hoc etiam dicta. ñ. proxime circa renūciatio-
34 nem exceptionis non nu. pe. iuratā vel nō iuratam. † Nec ob. vij. arg. quia negari potest hanc solēnitatem esse inductā in odiū donatarij. nō enim donatarius meretur esse odio legi. nec lex aperit id induxisse in odiuꝫ donatarij: nec sequitur solēnites est inducta vt fraudes cessent ꝛ ob eaꝫ cām actus annullatur. ergo id disponit in odium:

in odium:nam videmus ꝙ solēnitas octo.vij.vel.v.testiū in vlti-
mis volūtatibꝰ est inducta vt fraudes cessent.l.hac cōsultissima.
C.qui testa.fa.pos.⁊ tamē nemo diceret eam solēnitatem esse īdu
ctam in odiū alicuius:ideo similiter negari pōt nullitatē resultan
tem ex defectu insinuationis esse inductā in odium donatarij non
insinuātis similiter ⁊ senatuscōsultū velle ianū videtur inductum
ne mulieres decipiātur.arg.l.ij.§.verba ibi deceptis ⁊ nō decipiē
tibus opitulātes.ff.ad velleia.⁊ tamē cōstat illud senatuscōsultuꝫ
esse inductū in fauorē mulierū probatur.in.l.qui exceptionē.ff.de
condi.inde.accedat ad predicta qđ not.Jo.and.in addi.Spec.in
titu.de instru.editio.§.porro.in addi.magna in questione vtrum
35 insinuationi possit renūciari.†Nec.viij.ar.adductū in contrarium
ob.quia negari potest ⁊ negandum est illa tria cessant in casu no-
stro.cōstat enim qđ persona est habilis ad donandū. Item gene
ralis forma pōt dici adhibita.nō enim omnia requisita etiā si al's
actus de se nō valet dicūtur esse de forma:adeo ꝙ actus nō firme
tur iuramēto:vt patet in terminis.d.auē.sacramēta pub.vbi licet
deficiat decretū iudicis ꝙ al's requiritur in alienatione bonorum
minoris.l.j.⁊quasi per totū.ff.de rebꝰ eorū.⁊ tamē ea cessante alie-
natio facta per minorē iuuatur iuramēto:vt.d.auē.sacramēta pu
be.non enim prohibetur donatio si nō insinuatur sed iniūgit̄ do-
nāti vel donatario ꝙ insinuet al's reddatur donatio nulla ⁊ ideo
dicta tria vidētur cōcurrere.nec ob.autoritates in cōtrariū addu
cte:quia ex predictis videtur posse dici ꝙ nō bene loquant̄: et qđ
sit standū autoritatibus cōtrarijs tanꝙ̄ iuuatis efficaciōribꝰ ra-
tionibus ⁊ iuribus.Et saltē procedat qū vel est renūciatū explici
te insinuationi vel implicite prout est in casu nostro per supradi-
36 cta.†Circa scđm quesitum dicendū arbitror:ꝙ licet forte legādo
dictam domum nō incidat in penam:qm̄ ⁊ res aliena legari pōt.
l.rem alienam.C.de legatis maxime heredis.l.si heredis seruꝰ.de
leg.j.⁊.l.vnū ex familia.§.si rem.de leg.ij.tamē heredes interpella
ti vt tradant seu dent dictam domū donatam incurrūt penam ex
quo promissa est si non seruaretur donatio ⁊ nō mādaretur execu
tioni pure mere ⁊ libere prout promisit.possent enim heredes rem
donatā ⁊ per eos forte ignoranter alienataꝫ redimere:⁊ sic dona
tionem executioni mādare:⁊ si dn̄s in quē alienata fuit nollet vē
dere non propterea euitaretur:quia talis difficultas fuit causata
culpa promissoris qui nō debuit legare heredibus dictā domū sꝫ
potius debebat instruere heredes ꝙ domū tenebantur dare dona
tario.diligēs enim homo;⁊ prudēs imo ⁊ quilibet cōmuniter non
legasset rem quā donauerat ⁊ erat sub vinculo iuramēti sua gra-
ui pena obligatus dare non aliter notificādo heredibus illa obli
gationem:⁊ licet illud legatum nō faceret cōmitti penā:quia non
promisit nō legare:tamē quia ex legato ⁊ non notificatiōe secuta
fuit alienatio propter quā alienationē secuta fuit difficultas vide
37 tur ꝙ ista difficultas causata fuerit culpa testatoris.†Et quando
culpa precedit casum ⁊ difficultatē casualis difficultas nō excu-
sat a cōmissiōe pene.l.ij.§.si quis tamen.ff.si quis cau.l.si vēdita.
ff.de rescin.vend.⁊.l.si vehēda.§.idē iure.in fi.ad.l.rhod.de iactu.
38 †Talis autē difficultas etiā si nō precesserit culpa nō excusat ab
obligatione principali:vt.l.cōtinuus.§.illud.de ver.obli.nec impe
dit exactionē saltem quo ad estimationē.l.non dubiū.ff.de leg.iij.
et.l.si domus.§.qui cōfitetur.de lega.j.⁊ no.Barto.⁊ Imo.in.d.
§.illud.si denegat implere vel redimendo vel prestādo estimatio-
nē incidet absqꝫ dubio i penā ⁊ pariter si opponet exceptionē nō
facte insinuationis ex quo promisit nihil obijcere sed pure mere ⁊
39 libere exequi ipsam donationē.†Et licet sint opi.an pena vltra ꝙ̄
intersit exigi possit:quia videtur ꝙ nō per.c.suā.de penis.⁊.c.fra
ternitas.xij.q.ij.tamē magis cōmunis opi.est ꝙ etiam de iure ca.
pena possit exigi vltra ꝙ̄ intersit:⁊ ita tenēdū arbitror per p̄dicta
in casu nostro cum simus in laicis.⁊ ad.d.c.suā dant̄ per doc. ibi
varij intellectus etiā in clericis ex quibus possunt varie responsio
nes dari quas causa breuitatis omitto.Satis est ꝙ non trahatur
ad laicos et predicta procedūt non solū in foro cōtentioso:sed etiā
in foro poli.Nam licet dicatur ꝙ pene nō debeātur in foro ꝯsciē-
tie.c.fraternitatis.ſm vnam lecturā.xij.q.ij.put ⁊ voluit.d. Ant.
in.d.c.suam ꝙ ⁊ tenent.d.Ant.Jo.de Imo.in.c.fi.de p̄scrip.et ex
hoc inferūt prefati doct.ꝙ sciens se obligatū ad penam prescribit
etiam de iure ca.cum nō peccet nolēdo illam soluere ſm eos.Ta-
men dicendum est qđ potest peti ⁊ exigi ⁊ exactā retineri cū bona
cōscientia etiam vltra ꝙ̄ in vero intersit:nam ex quo cōclusum est
ꝙ de iure canonico sunt exigibiles in foro fori:etiam qū appare-
ret ꝙ nō interesset intantū oportet fateri ꝙ nō sit cōtra consciē-
tiam illā exigere cum ius ca.non permittat que nutriūt peccatuꝫ.
c.qui omne.de prescrip.⁊.c.literas.versi.porro.de resti.spo.⁊ ideo
ꝙ fit lege ca.permittēte non est peccatū.xxiiij. q. iiij.c.qui peccat.
et ideo Archi.in ca.qm̄.xviij.dist.tenebat ꝙ pene in foro cōsciē-
tie possint exigi dicēs ad.d.c.fraternitatis.ꝙ loquitur de pfectio
ne ⁊ nō ex debito ⁊ hāc partē firmāt hosti.⁊ Jo.and. ⁊ doc.in.d.
c.dilecti.⁊.d.c.suā.maxime Panor.specifice.i.d.c.dilecti.⁊ Imo.
in.d.§.alteri.et in hanc opi.semper fui ⁊ solitus sum dicere in.d.§.
alteri non cōcordādo opi.ꝙ qui dicūt penas in foro cōscientie nō
esse debitas procedit ex parte debitoris nec debet sibi p confessorē
iniungi qđ penā soluat:et opi.que vult ꝙ pena possit exigi in fo-
ro cōscientie procedit ex parte creditoris nec debet per cōfessorem
iniungi ꝙ exactā restituat vel non exactam nō exigat:⁊ ita puto
esse de mente doctorū ⁊ iuris:licet nō reperiam specifice positā di-
ctam distinctionē sed deprehenditur ex sparsim dictis per doct.⁊
ita dixi.in.d.§.alteri.⁊ in.d.c.olim. Laus deo.

¶ Summarium super consilio.lxx.

1 ☞ Cōmunitas castelliōis cōuenit cum magnifica Florentie cō
munitate vt i nu.2.de soluēda certa quātitate pecunie:an possint
homines vniuersitatis extra territorium exigi.per totum.
2 Cōmunitatis res nō spectāt ad singulares psonas cōmunitatis.
3 Scriptura siue terminus relata censetur continere id quod conti
netur in eo ad quem fit relatio.
4 Forū quis ratione ꝯctus ⁊ solutionis destinate dicitur cōtrahere.
5 Cōtractus habentiū potestatem legis cōdende habētur pro lege.
6 Leges noue dicūtur interpretari vt se conforment cum iure ꝯmu
ni ⁊ per ius commune distinguantur.
7 Superiorem non recognoscens habetur loco p̄sidis ⁊ cuiuslibet
principis in suis terris priuilegio vti potest.
8 Conueniri nemo potest nisi coram suo iudice competenti
9 Creditor an teneat̄ interpellare debitorē vel eius domū adire pro
solutione fienda etiā si sint diuerse iurisdictionis vel ecōtra.nu.se.
10 Solutio debiti fieri debet in dubio apud domicilium debitoris.
11 Contractum cum subdito initum princeps seruare debet.
12 Nullus est dictio vniuersalis.
13 Copula ⁊ ponitur inter diuersa.
14 Copule natura est addere.
15 Judex extra territoriū non potest cognoscere etiā inter subditos.
16 Argumentum a cōtrario sensu licet sit in fortissimum de iure nō
tamen assumetur contra casum expressum.

¶ Consilium.lxx.

In nomine domini nostri
1 Jesu Christi.¶ †In hac cōsultatione deducitur con
uentio per officiales mōtis super qua ad p̄sens me nō
intromittā. Item deducuntur capitula inita inter communitatē
Florentinum ⁊ castellionis. Inter que est capitulum de soluendo
florenos centū quolibet mēse castellano vel alteri psone prout scri
berent magnifici dn̄i priores artiū ⁊ vexillifer iustitie cōis Florē-
tie super qua solutiōe versatur nūc dubitatio vbi possint exigi ca-
2 stellionenses de iure attēta etiā forma dictorū capitulorū.†Circa
ꝙ est aduertēdū ante omnia ꝙ priuati hoīes de castelliōe nō sunt
obligati ad debitū pmissum per cōmunitatē:quia ea que spectāt
ad cōmunitatē nō pertinēt ad singulares psonas cōmunitatis.
l.intātū.§.vniuersitatis.ff.de rerū diui.⁊.l.sꝫ si hac.§.q manumit
titur.ff.de in ius voc.ideo nō videretur tractandū vbi particulare
homines de terra castellionis possint pro hoc debito cōueniri vel
exigi ⁊ captiuari:tn̄ quia vt audio cōtrariū obseruat̄ hoc omisso
videamus vbi ob hoc debitū possit cōmunitas castellionis vł ho
mines cōueniri circa qđ videtur dicendū ꝙ vbiqꝫ possint cōueni-
ri vbi cōmissum fuerit per literas magnificorū dn̄orū priorū ⁊ ve-
xilliferi cōmunis Florētie duxerit ꝯmittēdū:nā cōuētio fuit facta
ꝙ dicta quātitas solueretur prout scriberent p̄fati priores ⁊ vexil-
liferi:ideo solutio est destinata ſm ꝙ cōtinetur in literis p̄fatorū
⁊ sic censetur pinde ac si in cōuentione fuisset expressum ꝙ in lite-
3 ris cōtinet̄.†Naꝫ id cēsetur cōtineri in termino referēte se ad aliū
ꝙ cōtinet̄ in eo ad quē fit relatio.l.si ita scripsero.de ꝯdi.⁊ demō.
4 et.l.asse toto.⁊.l.institutio talis.de cōdi.⁊ demō.†Et vbi qs. desti
nat solutionē ibi censetur cōtrahere.l.contraxisse.de actio.⁊ obli.
⁊ ideo ibi sortitur forū.l.heres absens.§.si qs tutelā.ff.de iudicijs.
et.c.romana.§.cōtrahētes.de fo.cōpe.lib.vj. Ideo videt̄ ꝙ vbiqꝫ
possint cōueniri vbi destinauerint suis literis dn̄i priores ⁊ vexil-
lifer p̄dicti:⁊ maxime videt̄ ꝙ possint cōueniri Florētie vbi cōtra
xerunt:quia cōuentio sup dictis capitulis put presupponit̄ fuit
inita Florētie ⁊ ratione cōtractus quis sortit̄ forū.d.§.si qs tute-
lam.⁊.d.§.cōtrahētes.⁊.l.omnē.ff.de iudicijs.Nec videtur obsta
re caplm disponēs qđ solus potestas terre castelliōis et nullꝰ aliꝰ
rector habeat iurisditionē ⁊c.Quia videt̄ intelligendū ꝙ nō ha-
beat iurisdictionē in ipso territorio.nō autem ꝙ castellionēses non
possint alibi cōueniri vbi de iure cōmuni cōueniri possint put est
5 in loco cōtractus seu in loco destinate solutionis per supradicta ⁊
hoc ne recedatur a iure cōi:†quia cōtractus habentiū potestateꝫ
legem cōdendi habētur pro lege.l.cesar.de publi.l.pe.C.de dona.
6 inter vi.†Et leges noue debent interpretari vt cōforment se cum
iure cōi et p ius cōmune distinguātur.l.si serui vestri.C.de noxa.
l.non est nouum.⁊.l.nam ⁊ posteriores.ff.de.ll.⁊.c.cum dilectꝰ.de
cōsue.⁊ per glo.⁊ doc.in.l.fi.§.in cōputatione.C.de iure delibe.Et
maxime quia immediate subditur.in.d.c.in dicta terra eiusqꝫ ter
ritorio ⁊ districtu.Et licet subdat ⁊ in homines intelligat̄ in ho-
mines.l.in districtu p̄dicto vel intelligat̄ in homines qū litigant
inter se per id qđ subditur et ibi inter eos ius dicat:vnde alibi nō

prohibeatur ali⁹ rector vel officialis ius dicere nec in territorio et districtu castellionis inter alios seu inter castellionēsem ꝛ aliū qui bus casibus nō videtur verificari verba dicti capituli. Tamē his minime refragātibus contrariū videtur de iure respondendū: nā videtur ꝙ ratione contractus non sortiatur dicta cōmunitas nec eius homines forū in ciuitate Florētie ꝛ multo forti⁹ non possint vllo pacto cōueniri ꝓ dicto debito in ciuitate Aretij Cortonij aut alijs terris circūstātibus seu alijs etiam subditis dn̄io Florētino.

7 †Nam de iure cōmuni territoria sunt distincta ꝛ hodie q̄libet ciuitas ꝛ terra nō recognoscēs ciuitatē de cuius sit territorio habet suum rectorē qui est loco presidis: ꝛ habet merū ꝛ mixtū imperiuꝫ et cognitionē etiam maximarū causarum in ciuilibus ꝛ criminali bus: ideo censetur loco presidis. idcirco dicit glo. in. l. fi. C. de lōg. ꝛmp. ꝑscrip. qꝺ quelibet ciuitas hodie est loco prouincie: ꝛ ita cōtngit in terra castellionis cuius potestas habet merū et mixtum imperiū ꝛ omnem iurisdictionē ex forma dictorū capitulorūꝫ ꝛ ex

8 vetusta cōsuetudine. †Itaqꝫ de iure cōmuni nō potest incola castellionis cōueniri in alieno territorio. l. fi. ff. de iurisdi. om. iu. nam deficit iurisditio vt ibi. ꝛ. c. vt animarū. §. statuto. in fi. de cōsti. lib. vj. ꝛ dictum capitulū factum in anno. MCCCLXXXV. factū de soluēdis dictis sexcentis florenis non habet obstare dictis hominibus vt possint extra domiciliū: ꝛ sic territorium castellionis cōueniri. Nō enim obstat ꝙ destinata cēseatur solutio in loco quē designauerint litere dominorum priorūꝫ ꝛ vexilliferi cōis Florentie: nam in. d. c. non cōtinetur qꝺ soluatur dicta quātitas in alio loco ꝓut scriberent dn̄i priores ꝛ vexillifer Florētini sed ꝙ soluerētur castel lano vel alteri persone prout scriberent ꝛc. certe castellano ꝛ alteri persone habebat dicta quātitas solui in castellione. †Quoniaꝫ si

9 debitor ꝛ creditor sunt diuersorū territoriorū nō debet ire debitor ad creditorē pro solutione faciēda sed creditor debet ire ad domū debitoris pro solutione recipiēda ꝛ pro interpellando debitorem per tex. ꝛ glo. ꝛ Bar. ꝛ docto. in. l. item illa. §. j. ff. de constitu. pecu. Ideo cōmune Florentie debet mittere ad terram castellionis pro dicta q̄titate debita ꝛ cuicūqꝫ solui debeat ex literis prioꝝ ꝛ vexil li feri apud castellionē solui debet per predicta nisi aliud conuētū sit vel cōsuetudine derogatū. Tractamus nūc an dictū capituluꝫ in hac parte noceat cōmuni castellionis: quia si litere dominoruꝫ priorum mandarent ꝙ solueretur puta Ioanni Ioānes deberet se cōferre ad locum debitoris non ecōuerso per predicta ꝛ electio personarū habētiuꝫ recipere solutionē est per illud capitulū data cōmuni florentie ꝛ merito quia ad ipsum spectat recipere ꝛ prouidere quis recipiat solutionem qm̄ de suo interesse agit: ꝛ de actu qui ad creditorē pertinet scilꝫ recipiendi pecuniā cōmittenti debitam: non autē interest debitoris cui soluat dūmodo solutiōe liberetur nec ad eum spectat actus recipiendi solutionē sed actus soluendi sed locus solutionis respicit actum dantis ꝛ recipiētis ꝛ interest debitoris soluere potius in domo seu ciuitate propria ꝙ in aliena: ideo non est eadē ratio in electione seu deputatione loci in quo habebat fieri solutio prout est in electione ꝑsone cui habebat fieri solutio per predicta: ideo dictū capitulū per quod conceditur dominis prioribus ꝛ vexillifero designare personam cui fieret solutio non est vllo pacto trahenduꝫ ad locum solutionis idcirco non sortitur forū ratione destinate solutionis sed salutio potius videt̄ destinata ad locū terre castellionis per predicta qꝺ ꝛ suadet causa propter quam dicta q̄titas prestāda veniebat: quia pro custodia cassaretti est ꝙ in castellione. Itē suadetur quia dicitur ꝙ soluatur castellano dicti cassaretti qui castellanus erat permansurus verisimilirer in oppido castellionis ad custodiendū dictum cassarettū.

10 †Item locus solutionis consideratur ille vbi habet peti debitū. l. quod legatur. ff. de iud. ꝛ. l. fi. ff. de triti. ꝛ dicit Bar. in. d. l. item illā sed habet peti in loco domicilij debitoris quia actor sequitur forū rei. l. fi. C. vbi in rem actio. ꝛ. c. si clericus laicū. ꝛ. c. cum sit generale. de foro competen. Ideo loc⁹ domicilij est in dubio locus destinate solutionis. Et ideo quādo forensis contrahit in loco ꝛ ex cōtractu efficitur debitor in aliquo qꝺ non est statim soluēdum censet̄ actum vt in domicilio debitoris soluatur. dicit Ange. in. l. exigere dotem. ff. de iudicijs. ꝛ tangit etiā ibi Raph. quod ꝛsumitur ex dictis Bar. ꝛ docto. in. l. heredes absens si qs tutelā. ff. de iudi. hinc est ꝙ si quis contrahit cum forēse verisimiliter de proximo recessuro si non est actū tanto vel expresse ꝙ in loco contractus soluatur non sortitur forum in loco cōtractus. d. §. si quis tutelā. ꝛ ibi Bar. ꝛ docto. cōmuniter omnes idcirco cum mandatarij vniuersitatis castellionis fecerint Florētie dictam conuentionē de soluendo dictam annuam q̄titatem ꝛ tanq̄ forenses erāt verisimiliter recessuri ꝛ longe prius q̄ veniret dies solutionis. ideo nō censetur actum quod Florentie fieret solutio sed in oppido castellionis per. d. §. si qui s tutelā. ꝛ qui ibi per docto. Et tanto fortius q̄to illa persona que habebat soluere erat absens tempore ipsius cōtractus. videlꝫ ipsa cōmunitas castellionis itaqꝫ pro ditto debito de iure nō possent exigi ꝑsone particulares. Item nec ꝑsone particulares quate nus exigi possent nec ipsa cōmunitas possunt exigi aut conueniri apud Aretium Cortoniū vel alium locū etiam ex terris subditis cōmuni Florētie cum nullo pacto sortiatur ibi forū. Nec video qꝺ etiā circūscripto alio capitulo de quo in themate habebāt aliquā dubitationē ꝙ in dictis locis possint exigi aut conueniri per predicta. Quinimo nec in ciuitate Florētie ratione cōtractus vel destinate solutionis cōueniri possunt: circūscripta tamē consuetudine cum solutio illa non sit destinata. Florentie. Quinimo castellioni nec cōtractus ille a forense celebratus Florentie facit sortiri forum

11 prout superius demonstratum. †Et saltem procedūt vigore capituli tempore subiectionis initi inter excelsam cōmunitatē Florentie ꝛ cōmune castellionis qꝺ transiuit in cōtractū: ꝛ etiā princeps tenetur obseruare contractū initum cum subdito. c. de proba. q̄to fortius si celebratur cum eo qui nō est subditus: sed tunc subijcitur cuꝫ illo pacto prout cōtingit in casu isto. Nec vt arbitror versatur in hoc dubium. s. an capitulū sit seruandū nec ꝙ cōmune Florētie intendat illud frangere sed forte agitur de virtute illi⁹ capituli: et quid importet ꝛ profecto verba capituli sunt multū ampla ꝛ ꝑcisa: ꝛ a vi verborum in dubio non est recedendū. l. non aliter. de leg. iij. l. j. §. si is qui nauē. de exerci. dicitur enī primo ꝙ potestas terre castellionis habeat merū ꝛ mixtū imperium: ꝛ omnē iurisditionē in dicta terra eiusqꝫ territorio ꝛ districtu: ac etiam in homines et incolas dicte terre. s. castellionis solus ꝛ null⁹ ali⁹ rector vel officialis et sic capitulantes ad maiorē expressionem nō fuerunt cōtenti

12 dictione taxatiua solus sed addiderūt ꝛ nullus ali⁹. †Et illa vniuersalis null⁹ neminem exceptuat. arg. c. solite. circa finē. de maio. ꝛ obe. ꝛ cau. si romanoꝝ. xix. distin. itaqꝫ nec officialis Florētie nec officialis Cortoni ne officialis Aretij habet iurisditionē aliquaꝫ nec in territoria nec in homines dicte terre fm. formam dicti capi

13 tuli. †Nec se restringit ad territoriū sed voluit ꝙ nullus alius habeat iurisditionem in homines dicte terre prout clare important illa verba: et etiam in homines dicte terre. natura enim copule est poni inter diuersa not. glo. in rub. ff. de iuris ꝛ fac. igno. ꝛ sic cōtrahentes posuerunt pro diuersis territorijs ꝛ terram ꝛ districtuꝫ ab

14 vna parte ꝛ hoīes dicte terre ab alia parte. †Item natura copule est addere ad precedētia. l. ea tn̄ adiectio vbi casus secunduꝫ Dy. singularis. de leg. iij. ꝛ no. Bal. in. l. gallus. §. etiā. de lib. ꝛ posthu. ꝛ cau. in. c. ij. de rescriptis: ꝛ ideo addēdo homines voluit denotare ꝙ nullus alius habeat iurisditionem nedū in territorio: sed nec in homines dicte terre siue scꝫ intra territorium siue extra territorium castellionis: ita sonant verba a quibus non est recedendū vt dixi ꝛ suadet ratio ꝛ subiecta materia ante dictam subiectionem ꝛ capitulū illud nullus alius ex dictis officialibus habebat aliquā iurisditionem in homine castellionis. Nec in territorio nec extra regulariter loquendo. Ideo conuentio facta ꝙ nullus alius officialis habeat iurisditionē in homines terre castelliōis decet ꝙ dicta cōuentio interpretatur ꝙ cōmunitas castellionis voluerit sibi reseruare in hoc ius quod habebat scꝫ ꝙ alij non haberent iurisdi

15 tionem in homines dicte cōmunitatis. †Nec obstat id quod post ea subditur. in. d. c. ibi dum dicit ibi ꝛ inter eos. Nam illud ibi est iuri cōsonum: quia nullus iudex cognoscit extra suū territorium etiam inter siue iurisdictioni suppositos. d. l. extra territoriorū. Et licet subdat inter eos que verba adaptari videntur ad casum quando duo castellionenses scꝫ actor ꝛ reus inuicē litigant non quādo castellionensis litigat cum forense. ꝙ licet verum videatur: tamen non denegatur ibi ꝙ in eos non habeat iurisditionem etiaꝫ si ibi

16 litigant cum forensibus. †Et si dicatur imo id censetur denegare per argumentum a contrario sensu ꝙ est fortissimum in iure. l. j. §. huius rei fortissimum. argu. ff. de offi. eius cui mandata. est iur. ꝛ. l. apud antiquos. C. de furtis. ꝛ. c. cū apostolica. de his que fiunt a prelato sine cōsensu. cap. cū simi. quia respondetur qꝺ talis contrarius sensus esset contrarius precedēti dispositioni qua clare disponitur. qꝺ potestas predictus ꝛ nullus alius habeat omneꝫ iurisdictionē in homines dicte terre si ipse solus habet iurisdictionem in ipsos ergo non possunt coram alio iudice conueniri. Ne ergo contrarius sensus corrigat ꝑcedentem expressum sensum nō expressa preualeant tacitis. l. expressa. de regu. iur. ꝛ. l. nonnunq̄. ad trebellia. Cesset tale argumentum. ꝛ quod argu. a contrario sensu non assumatur contra cassum expressum voluit Ioan. and. in. c. publicato. de elec. Barto. in. l. omnes populi. de iustitia ꝛ iur. ꝛ Bal. in. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. ꝛ in. l. conuenticulam. C. de episco. ꝛ cleri. ꝛ Saly. in. d. §. huius rei et Archidia. in. q. j. canonbeatus. ꝛ maxime in eadem dispositione. argu. l. non ad ea. ff. de condi. ꝛ demonstra. ꝛ arg. a cōtrario sensu admittitur in hoc qꝺ si inter alios nō cognoscat solus ipe potestas: sed quādoqꝫ alius. s. quando forensis cōueniretur ab incola dicte terre: nam tunc non cognosceret ipse potestas: sed iudex ipsius conuenti. quia actor sequitur forum rei prout. s. deductum est: ꝛ sic militat ꝛ contrarius sensus ꝛ directus. Et ideo non est opus recurrere ad nouam compositionem que dicitur facta inter dictos dominos ꝛ eorum collegas ꝛ officiales montis dicte ciuitatis Florentie. qui allegantur non potuisse facere dictam compositionem: licet allegatio non cedat in honorem dicte illustris communitatis: nihilominus dicta cōpositio est consona iuri per ea que. s. deducta sunt. Et insuper mihi

mihi ostenditur q͂ al's in anno.M.clx.quidã dominus Zanobi⁹ de cõmissione magnificorum dñorum,priorũ iustitie ⁊ vexilliferi iustitie consuluit q͂ terrigene castellionẽses nõ põt conueniri nisi apud ptãtẽ castellionis.Et predicti dñi priores vexillifer iustitie ⁊ college in sufficiẽti numero cõgregati ⁊c.dictũ ꝯsiliũ solẽnit̃ ap probauerunt ⁊ cõfirmauerunt in oĩbus ⁊ p oĩa mandãtes p̄dicta ab oĩbus ⁊ singulis inuiolabiliter obseruari.Utrũ aũt dicti domi ni priores ⁊ vexillifer ⁊ college potuerint ita p̄nũciare mihi nõ in notuit:tñ puto q͂ se ꝯformarẽt cũ iurisdispõne respectu hmõi de biti cõitatis.s.q͂ particulares nequeãt p hoc debito cõueniri neq͂ cõitas extra terrã castellionis:maxime extra ciuitatẽ florẽtie:sed nec florẽtie nisi sibi expressa vel tacita cõuentione preiudicauerint astringendo se ad soluẽdũ florẽtie:sed nec tunc possent florẽtie p̃so naliter astringi:sed dũtaxat ꝯueniri ſm terminos.d.c.romana.§. cõtrahentes.de foro cõpe.

Summarium super consilio.lxxi.

1 ☞ Cõtractus minorũ q͂ insinuari debeat statuto camerini an donatio facta p minores non tñ insinuata ⁊ iam sunt lapsi.xxx.vl' xl.anni q͂ facta fuit possit peti vt insinuetur p heredes donatoris aduersus heredes donatarij.per totum.
2 Insinuatio fieri põt ex interuallo.
3 Donatio insinuari põt post mortẽ donatoris.nu.2.
4 Insinuatio per quẽ sit fienda an per donatorẽ vel donatariũ do natoris p̄ntia seu absentia.nu.14.vsq͂ ad fi.cõsi.
5 Insinuatio est quedam donationis cõfirmatione alias fit ĩ pote state donatoris donatarium recipere et est actus iurisdictionis vo luntarie.nu.4.et.7.
6 Confirmatio fieri solet post actum.
7 Donatio non potest peti insinuari per heredes donatoris aduer sus successores donatarij.
8 Uoluntarie iurisdictionis actus non fiũt in inuitum quia sunt cõ tentiose iurisdictionis qui fiunt in inuitum.
9 Donatio ante insinuationẽ est nulla.
10 Consensus duorũ qui requiritur in actu tunc in scriptura que d͡z fieri in illo actu requiritur vtriusq͂ consensus.
11 Insinuatio fieri põt in tp̃e quo actus põt fieri.
12 Dos per extraneum donationis titulo data marito h͡z duo reme dia:vc͡z cedere actiones donanti ad dotem repetendã vel res do natas perdere.
13 Insinuatio inducta fuit vt donator possit deliberare an sibi do nasse expediat.
14 Insinuatio spectat ad donantem ⁊ non donatarium.
15 Insinuatio an videatur reposita in volũtate donatoris vt nec fie ri põt inuito donatore.
16 Insinuatio fieri non potest post mortem donatoris sine heredis voluntate.
17 Insinuatio facit cessare fraudem ⁊ requirit donatoris voluntate͡z et fieri nõ potest donatore inuito.nu.seq.
18 Fraudes caute fieri solent quibus est obuiandum.
19 Donatio perfecta dicitur que non recipit postea conditiones a donatore.
20 Statuta recipiunt interpretationem a iure communi.
21 Iura de futuris regulariter disponunt.
22 Solẽnitas non appellatur illud q̃d post actum fieri solet.

¶ Consilium.lxxi.

bio alio non docto decet ꝙ bonus non arbitretur dotem cōgruā
minus legitima:quia alio non docto talis consideratio videt eq̄
⁊ officium boni viri semper nititur equitatem.l.ꝙ si ephesi.de eo
qđ certo loco:tn̄ nō est precisa quin dos possit cōgrua arbitrari mi
nor legitima qn̄ de more solet dari minus:⁊ tūc procedant q̄ not.
Bar.in.d.§.titio genero.⁊ Bal.in.d.cōsi.antiquū statutum ciui
tatis perusie allegatum ꝑ dn̄m consulentē ex vna parte.Et q̄ not.
Bal.i alijs cōsi.s̄.relatis.⁊ Saly.⁊ Ange.vbi.s̄.⁊.d.Ant.de iser.
ex alia parte:⁊ per hoc pōt rn̄deri ad ea que.s̄.adduxi in ꝯtrariā
partem.Et hanc theoricā mediam in pluribus consilijs āplexus
sum ⁊ ad presens placet.Reducendo ad propositum si ſm morē
ciuitatis ⁊ qualitatem ⁊ cōditionem personarū dos cōgrua erat
lxxx.flo.prout relicta fuit:nec iocalia ⁊ alie res relicte essent debi-
te ex forma statutorū vel consuetudinis:tunc ī alijs rebus relictis
esset locus substitutioni:et sic iocalia relicta Antonelle post eius
mortem deuoluta fuerunt vigore substitutionis ad substitutos vł
saltem ad oneratos per ea q̄ habent in.l.j.§.in primo.⁊.§.pro secū
do.C.de cad.tol.qui onerati ⁊ substituti sunt idē.Et idē de ioca
libus relictis dn̄e Catherine.Sed in iocalibus dn̄e Angelelle que
nupta decessit dicendum est ꝙ oīa deuoluantur ad dn̄am Sācta
nisi essent debita vt.s̄.Et hoc dico presupposito ꝙ filie dotate nō
succedant ex forma iuris municipalis prout in calce cōsilij presup
ponitur:al's esset clarum ꝙ fieret supplementum ipso iure vsq₃ ad
quātitatē legitime per.l.oīmodo.et.l.scimus.in princ.C.de inoffi.
test.Sed si nō probatur quicq̄ de congruitate dotis:vr̄ ꝙ ex quo
iocalia et dos non ascendunt ad quātitatē legitime effectualiter ꝓ
cedat id qđ dicit dn̄s consulens ꝙ q̄titas ⁊ dotis et iocalium de
beat diuidi.prout cōcludit dn̄s cōsulēs:vnde in dubio teneo idē
qđ prefatus consulēs:tamen aduertendū duxi ꝙ Bartholomeꝰ
qui fuit rogatus de restituendo post mortem:et euenit conditio ī
vita Angelutie et Sancte:ita qđ dimidia portionis obuente di-
cto Bartholomeo deuoluta fuit ad dictas Angelutiam et San
ctam:et successiue post mortem Angelutie portio obuēta ipē An
gelutie deuoluta est ad Sanctā:quia dicta substitutio refertur ad
omnia relicta ipsis premorientibus:cum generaliter dicatur quod
vnus alteri moriatur:et non dicat magis respectu dotis et aliarū
rerum specialiter relictarum ipsis filiabus qđ respectu obueniētiū
vigore substitutionis:ideo omnia veniunt accedant que habētur
in.c.si pater.de testamen.in.vj.⁊ in.l.marcellus.§.quidam liberis.
ff.ad trebel.et in.l.cum virum.C.de fideicon.cum concordā.prout
et concludit dominus consulens.Succedunt ergo dicte domine
Angelutie ab intestato in omnibus mater eius et Sancta soror ⁊
filia Petri fratris pro virilibus:prout dicit dominus consulens:
et ipse tenentur predicta restituere dicte Sancte:videlicet a con
grua dote supra:nisi etiam iocalia essent debita:et circa congruita
tem dotis est habenda consideratio de qua.s̄.Puto autem facto
calculo aliquātulum sit plus obuenturum dicte Sancte si dos cō
grua est

grua est parua et iocalia et similes res nõ sunt debite q̃ si dos ha
9 bet ascendere ad legitimam: ad vnum est aduertendũ.† qȝ dicta Angelella non habet detrahere aliquam trebellianicam vel falcidiam: quia non rogatur vt heres saltem vniuersalis: z solus heres vniuersalis z rogatus vt heres detrahit falcidiã vel trebellianicam.l.lex falcidia.§.nũq̃.ff.ad legem falcidiam.z.l.mulier.§.fina.ff.ad trebel.z.l.j.§.si is qui quadringenta.z.§.idem neratius.eo.titu. Tamen Bartholomeus in restitutione fideicommissi quã habet facere post eius mortez Angelelle z Sancte bene habet detrahere trebellianicam.c.raynutius.z.c.raynaldus.de testa.z.c.si
10 pater.eodem titu.lib.vj.z hoc clarum non insisto.† Imminet autem in hac consultatione vnus articulus multum habens dubitationis: super quo in causa cuiusdam mei attinentis apud ciuitatẽ castelli fuit varie consultum per Raph.fulg.et Raph.cu.z Ioã. de Imo.z Pau.de cast.z plures alios insignes doctores illiꝰ tempestatis: deinde reuolutis annis meo tempore consuluerunt clarissimi doctores dominus Io.de mõte superello: z dominus Benedictus capra patres z preceptores mei: videlicet an si filia dotata est exclusa successione ab intestato stante masculo per ius municipale z dotata est in testamento sub conditione nuptiarum tacita vel expressa z decidit non nupta: an ipsa decedens non nupta transmittat quicq̃ ad eius heredes: an vero dos relicta z tota hereditas remaneat apud masculos filios institutos. Circa quez articulum me ad p̃ns nõ intromitto: tũ quia multum dubius: nec pro temporis instantia posset perfecte discuti: tum quia non sunt in pũcto nec in consilio verba statuti excludentis feminas a successione: que verba plurimum ponderat Paulus de cast.in consilijs per eum redditis pro vtraq; parte in causa supra relata: z etiã in.l.titio centum.§.titio genero.de conditio.et demonstratio.vbi ponit dictam hesitationem: tum etiam quia quo ad portionẽ deuoluendam ad dictam Sanctam non multuz refert procedat vna opinio: an vero altera. Laus deo.

Summarium super consilio.xcij.

Officio refirmatus an dicatur idem officium continuari vel nouum inchoari officium: et quid si in prima concessione est tempus certum z vltra ad beneplacitum.per totum.

¶ Consilium.xcij.

Placet mihi petrophilippo de Corneo vtriusq; iuris doctori conclusio supra facta per famosissimum vtriusq; iuris doctorem dominum Baldum de Bartolinis patrem et dominum meum: scilicet quod vigore breuis de quo in themate non censeatur facta continuatio vnius officij: sed censeatur concessio noui officij. Pro qua conclusione vltra adducta per dominum consulentem aduertendum duxi qȝ prima deputatio fuit limitata ad certum tempus:
1 scilicet semestrale.† Addita tamen clausula et vltra ad beneplaci
2 tum zc.que quidem clausula facit hoc casu conditionem. † Nam prepositio ad facit quandoq; modũ quandoq; conditionẽ: nam qȝ conditionẽ faciat probatur in.l.si vir.ff.de conditio.z demonstratio.not. Barto.in.l.j.versicu.tertio principaliter quero.z in.l. quibus diebus.§.termilius.eodem titu.modus autem significat quando adijcitur aliquid explicandum per honoratũ: al's secus. Ita sumitur ex dictis Bar.in dicta.l.quibꝰ diebus.§.termilius. Et absona esset interpretatio hoc casu qȝ faceret modũ: quia non concedit papa officium vltra semestre vt sibi beneplaceat: vnde interpretetur vt faciat conditionem. Accedat.l.pater seuerinam.§.
3 fina.eodem titu.z.l.sufficit.de conditio.indebi.† Et posset adduci id quod per illas leges z similes no. Barto.circa dictiones quo ad donec z huiusmodi in dicta.l.j.vj.col.versi.secundo principaliter quero.de conditio.z demonstra. Nam si recte aduertantur dicta Barto.etiam si fuisset dictum quo ad beneplacitum nostrum erit: posset probabiliter interpretari qȝ resultaret cõditio suspensiua non resolutiua: quia illa concessio vltra semestre potest interpretari si tunc placuerit: z ex tunc duret postea donec zc. Nam illa clausula z vltra potest interpretari vt officium ex tunc censeatur concessum duraturum illud vltra donec zc. Item potest intelligi qȝ illud vltra censeatur concessum: demum si beneplacitum erit: ita q̃ sit concessio futura non presens dilata in diem certuz. Et q̃ hoc sit verum apparet: ponamus interim papam decessisse vel aliter sibi non placere: profecto non verificaretur illa concessio: nam z concessa reuocaretur.c.si gratiose.de rescri.lib.vj.l.iiij.ff.locati. vnde si prius cessat impeditur initium et essentia concessionis: ergo cum sit dubium z incertum: an illa concessio vltra semestre habeat verificari et inesse produci. Ideo resultat concessio conditionalis.d.l.sufficit.z.l.respiciendum.ff.si certum peta.et sumitur ex notatis per Barto.in dicta lege prima.de condition.z demõstration.prima col.circa diffinitionem conditionis.et quicquid sit si papa fuisset vsus verbis quoad quãdiu et huiusmodi.super quo non est opus aliquid firmare: tamen in terminis nostris videtur planum q̃ resultaret dispositio conditionalis: saltem attento qȝ secundum formam capitulorum non debebat officiũ concedi vl
4 tra semestre: z capitula ipsa sunt leges. † Cum quicquid principi placuit zc.l.j.in princip.ff.de constitu.princip.et in.§.sed qȝ principi placuit.institu.de iure natu.gen.z ciuili. z maxime cũ trãsiue
5 rint in contractũ.† Et cõtractus principis legem inducit.l.cesar. de publi.l.penal.C.de donatio.inter virum et vxorem.ideo vt rescriptum illud minus deuiet a iuris dispositione: z ne princeps ve
6 niat contra contractuz suum.† Quoniam et ipse ex cõtractu obligatur.c.j.de proba.interpretandũ est rescriptum vt censeatur conditionale si placuerit: ex quo ergo talis clausula est conditionalis est videndũ an conditio fuerit purificata. Et certe finito semestri
7 non apparet aliquid de beneplacito: nec presumunt affuisse: † tuz
8 quia facta non presumuntur.arg.l.in bello.§.facta.de cap.† tum quia qui dicit conditionem purificatam debet illud probare.arg. l.ei qui dicit.de probatio.est enim fundamentum sue intentionis cum regulariter officium potestatis est semestrale vt patet ex forma capitulorum: ideo si quis dicit durare vltra semestre: debet illud probare cum se fundet contra regulam ipsorum capitulozuȝ. argu.eorum que habentur per glo.z docto.in clemen.fi.de rescri. per Bal.in.l.si quis non dicam rapere.C.de episco.z cleri.per modernos in.l.si quis maior.C.de transac.ideo si non probat beneplacitum affuisse finito semestri infertur qȝ fuit expiratum officium quod erat semestrale: z vltra sub cõditione. Quinimo videtur iu
9 ris presumptione probari cessasse beneplacitum: † rescripta contra iura non valent.l.nec dãnosa. z.l.rescripta.C.de precibus im
10 pe.offe.† Et est ratio quia presumitur princeps nolle rescribere cõtra ius prout dicit Bald.in dicta.l.rescripta. z ipse et docto.in.l. humanum.C.de legi.z faciunt que habentur in.l.si quis in principio testamenti.ff.de lega.iij. Cum itaq; capitula ciuitatis z indulta apostolica: et sic iura que vigent in ipso municipio disponant specifice qȝ officia potestatum non durent ad semestre presumit papa noluisse contrariuz etiam si simpliciter rescripsisset: lõge fortius si rescripsit sub conditione beneplaciti: z beneplacitum aliter
11 non probetur.† Et maxime quia beneplacitum non denotat me
12 ram voluntatem: sed voluntatem iustificatam.† Quia verbũ placet ex quo deriuatur placitum denotat arbitrium boni viri.l.luciꝰ titius.j.de fideicom.liberta.et thais ancilla.§.sorore.eod.titu.z in eis Barto.quod et not. Barto.in consilio.iij.secundum ordinem perusinum incipien. Bictoniensis quidem.et in alijs consilijs. Et coadiuuat illud bene: quia non videtur beneplacere quod absq; ratione placet cõtra cõuentiones z contra capitula inita cũ communitate. Ex his deducitur qȝ finito semestri fuit finitũ primum officium: nec tunc inchoatum fuit nouum ex quo non erat tũc purificata conditio: nec fuit purificata vnq̃: quia vltimum breue nõ tendit ad declarandum ad beneplacitum: nec fundatur in prima concessione: sed nititur ex noua causa que emanauit circa finẽ vel post finem semestri. Nam pestis inchoauit in fine Iunij: quo mense finiunt primum semestre: ita quod tempore quo finiuit primuz semestre nõ fuerat passus multa incommoda propter pestem: sed postea idcirco non videtur qȝ dictum vltimum breue: nec quo ad verba nec quo ad mentem nitatur in prima cõcessione ad beneplacitum: nec videtur declarare ipsum beneplacitũ: sed ex noua causa refirmare z de nouo cõcedere. Ex quo itaq; erat finita cõcessio
13 primi officij semestralis: nec verificata fuit clausula bñplaciti.† succedit qȝ re firma emanauit post finem primi officij: ideo resultat q̃ est nouum officium iuxta not.per Barto.et Ange.in.l.sed si manente.de precar.et per Barto.in.l.iiij.in princip.de dãno infec.et per Bald.in.l.penultima.§.si vxor.soluto matrimo.et in.l.si constante.de donatio.ante nup.z in.l.si a te.C.de pact.inter empto.z vendi.qui distinguit concordando cum Bart.in casibus suis preterq̃ in vltimo quando non finito officio prorogat: nam tunc aut adijcit nouam formam et censetur nouum officium per gl.singu. in.c.hi qui autoritate.de concess.preben.aut non adijcit nouam

formam: et tunc quo ad fauorabilia habetur pro eodē officio: quo ad odiosa habetur pro diuerso per iura vulgaria secundū eundem Bald. quem ibi sequitur Pontanus in vna lec. licet in alia aliter loquatur. Profecto punitio delictorum videtur odiosa. argu. regule in penis. in. vj. et l. si preses. et l. interpretatione. ff. de penis. cū similibus. Ideo secundum dictam theoricam Bald. quo ad hoc deberet iudicari nouum officium etiam si fuisset prorogatum durante primo officio. Non tamen est opus hoc firmare: quia vt dixi ista refirma est facta finito primo officio: imo longe postea. Nec potest dici q durauerit propter beneplacitū: quia imo non durabat per ea que supra dixi: per que etiam si recte aduertantur patet quod nō habet obstare id quod dicitur in breui ipsius refirme: q annus habeat inchoare in fi. primi semestris: fuit itaq nouū officium inchoatum tempore date breuis: videlicet die. xx. Septembris: super quo possent plura dici que ex bona causa omittuntur. Ex quo infertur ad conclusionem elicitam per prefatum dominū consulentem: qd scilicet non possit potestas cognoscere de maleficijs commissis per tres menses ante dictam. xx. diem Septembris per predicta: et latius dicta per dominum consulentem. Nec obst. qd est eadem persona potestatis: quia vltra dicta per dominū consulentem est ponderandum qd cognitio maleficiorum spectat ad

14 eum ratione officij nō ratione persone. †Et statutum disponens qd potestas et capitaneꝰ vel alius officialis possint cognoscere etc. de maleficijs commissis in tribus mensibus ante initium officij et non de maleficijs cōmissis per tres menses ante loquitur sub nomine dignitatis et officij: vnde nō attenditur idētitas persone sed officij. Attendit enim officium non persona. argu. eorum que habentur in. c. quoniam abbas. de offi. deleg. et l. quod principi. de lega. iij. cum concordan. Non attendatur ergo si est eadem persona sed an sit idem officium prout et latius concludit dñs consulens.

Laus deo.

¶ Summarium super consilio. xciij.

1 ¶ Legitimatio seu dispēsatio filij cum clausula sine preiudicio venientium ab intestato quid importat. nu. 26. et 27. per totum.
2 Papa legitimare et habilitare potest quem ad hereditatē et legata et hꝫ plenitudinem supra omnia iura.
3 Legitimationem filij postea nati non infringunt.
4 Clausula sine preiudicio venientium ab intestato in legitimatione adiecta non debet operari vt legitimatus non admittatur quotiens alij ab intestato admitterētur vbi pater decedit testatus. nume. 9. et ab intestato excludit fiscum. vide nu. 29. et per totū consi.
5 Interpretatio super quolibet dubio fieri non debet per quam sit illud dubium elusorium et sine virtute aliquid operandi.
6 Papa vel princeps ponendo manus in cognitione alicuius cause videtur negocium ad se auocare vt alij se intromittere nequeāt.
7 Procuratoris noui constitutione reuocari censetur prius constitutus.
8 Constitutione noua reuocatur antiqua.
10 Legitimatio facta per verbum dispensamus quo ad successionem et officia cum clausula sine preiudicio venientium ab intestato est tantum habilis ad successionem et officia vbi dicta clausula nō habet locum: et dicitur tantum quedam habilitatio. nu. 17. et per totum consilium.
11 Verbis claris et apertis stari dꝫ nec ab illis est recedendum.
12 Verba solent menti conuenire.
13 Qualitates contrarie qd sub eodem subiecto cōueniant inconuenit. nu. seq.
14 Legitimatus dicitur vere legitimus.
15 Qualitas verbo adiecta intelligitur ꝑm tempus verbi.
16 Legitimatio et dispensatio inter se differunt: nam illa fauorabilis hec vero odiosa dicitur. nume. sequen. et 19. vsq ad fi. consi.
18 Legitimatio facta sine preiudicio succedere debentium ab intestato habet locum non existentibus heredibus in quarto gradu: vel illis existentibus succedere nolentibus qui per vxorem non excluditur.
19 Dispensatio tanq odiosa stricte interpretatur. nu. 28.
20 Equiuoca sunt in dispensationibus restringenda.
21 Legitimatio dicitur subreptitia si in ea nō fit mētio q legitimās habet filios naturales et legitimos: quia de facili concedi non solent litere gratiose legitimationis prole legitima existente.
22 Rescriptum qd motu principis proprio conceditur patitur presumptionem contra ius commune: non tamen quando datur ad partis supplicationem.
23 Legitimatio stantibus legitimis prius natis non valet per quas illis non intendit preiudicare papa vel princeps.
24 Spurio relinqui non potest et sibi relictum pro non scripto habetur.
25 Legata seu alia relicta que pro non scriptis habentur remanent penes heredem vniuersalem grauatum.
26 Legitimatio sine preiudicio venientum ab intestato ad quos restricta dicatur. vsq ad finem consi.
27 Amico in aliquibus subueniri satis est.
28 Interpretatione strictiua solet recedi propria vi verborum vt minus iuri derogetur.
30 Naturalis filius habilitatus ad succedendum ex testamento: succedere tñ non potest ab intestato.
31 Legitimationi simpliciter facte an requiratur specialis derogatoria clausula non ob. an vero sufficiat generalis quando nihil aliud obstaret q ius commune legitimationem impediens.

¶ Consilium. xciij.

In nomine dñi nostri Iesu christi. ¶ †Primo aspectu videtur dicendum q dictus Ioannes succedere possit in bonis eidem relictis in dicta vltima voluntate. †Nam constat q papa potest habilitare et legitimare quem ad hereditates et legata: cum scimus in terris ecclesie cum habeat plenitudinem supra omnia iura. c. proposuisti. de concess. preben. et est clarissimum. Cum itaq disponat q possit succedere et derogat vniuersaliter omnibus in contrarium facientibus videtur qd nihil possit obijci: et sic videtur q non habeat obstare q tempore legitimationis haberet filias. † Nec qd postea nati fuerint filij: licet etiam al's non videantur infringere legitimationē filij postea nati: prout tandem concludunt Bart. Bald. Ange. et Imo. in. l. ex facto. de vulg. et pupil. et idem late discutiendo firmat Pontanus in consi. mihi. ccxviij. incipien. in proposita questione. Et hanc partem tenuit Gofredus: prout refert Specu. in titu. de successio. ab intesta. §. j. versicu. ex facto queritur. cum eo transiens: quod et videtur presupponere et tenere ibi Ioan. and. in additio. †Nec videtur obstare clausula solita apponi in legitimationibus pontificis: que et apposita fuit in legitimatione de qua agitur sine preiudicio etc. Quia nō videtur intelligēda hebraice et absolute prout generaliter verba sonant: hoc est qd non generet aliquod preiudicium venientibus ab intestato: et sic nō concurrat cum venientibus ab intestato: quia perraro contingit qd quis non habeat aliquem coniunctum qui sibi sit successurus ab intestato. l. ex facto. §. fina. ff. ad trebel. Ideo dicit Pet. de ancha. consi. clij. incipien. pro fratribus defuncti quedam faciunt: vbi cōcludit q ista clausula non debet operari vt legitimatus nō admittatur quotiens alij ab intestato admitterentur. Nam si ita esset perraro admitteretur legitimatus: quia rari decedūt qui non habeant aliquos qui de iure communi sint successuri ab intestato. †Nec est adhibēda interpretatio per quam legitimatio sit elusoria sine virtute aliquid operandi. argu. l. si quando. de lega. j. c. si papa. de priui. lib. vj. Ideo concludit qd dicta clausula censet apposita ad remouendum dubitationem que poterat insurgere qd ex quo papa apponebat manꝰ in successiōe specialis hominis habilitando istum legitimatum videatur alios perpetuo excludere prout al's in simili contingit. †qd papa apponendo manus in cognitione vnius cause: videtur negocium ad se aduocare vt alij nequeant se intromittere. c. vt nostrum. extra de appella. † et al's qd constituendo nouum procuratorem censetur reuocare prius cōstitutum. l. si quis. cum procuratore. §. fina. de procura. † et faciendo nouam constitutionem censetur reuocare antiquam ei contrariā. c. j. de constitu. lib. vj. †Et propterea iste legitimatus poterit succedere exclusus omnibus alijs inferioris ordinis. Sed si ipse legitimatus non succederet repudiatione morte vel aliter: tunc nō preiudicatur alijs quominus possint succedere: licet papa manus apposuerit istud importat dicta cl'a ꝑm eum in dicto ɔsi. Et si instetur etiam sine hac clausula esset respondendum qd alij admitterētur excluso legitimato nunciatione vel aliter. Respondet ipse q nō refert: satis est qd tollit allegationem et dubitationem q posset fieri adducit simile: quia in literis ad bñficia solet apponi clausula ceteris anteferri: non tamen illis qui prius impetrauerunt: vt latius ibi per eum. Item Pau. de cast. in consi. ccxx. incipien. visa quadam dispensatione in fi. vbi cōcludit qd dicta clausula nō operat vbi pater decedit testatus: nam intelligitur si decesserit ab intestato. Non enim censetur generari preiudicium venientibus ab intestato si pater decedit testatus per ea que habentur per Bart. in. l. fin. ff. qui testamen. facere possunt. ꝑm eum qui idem tenuit in consilio. ccxxiiij. incipien. dicendum est. Item Ang. in consi. incipien. viso puncto. al's incipien. dominus papa. in ordine prout reperij. cclviij. concludit qd dicta clausula non intelligitur ita generaliter: quia esset elusoria: ideo intelligit quando legitimatus vellet venire contra testamentum in quo essent instituti al's successuri ab intestato. idem reperio Petrum de perusio germanum Bal. in consi. suo incipien. visa appel. vbi concludit q non obstante dicta clausula poterit ex testamento succedere. Item poterit succedere ab intestato si non extant successores ab intestato vel nolūt succedere. Non autem debet de necessitate institui: quia verba gratie ad id non tendunt secundum eum: qui allegatur idem tenuisse in quibusdam alijs subscriptionibus. Et dicitur idē consuluisse dñm Dionysiū de Barigianis in consi. incip. vt dicendorum notitia

habeatur

habeatur. Clarissimus etiã doctor dominus Joannes de nobili-
bus de monte sperello pater ꝛ preceptor meus obseruandus in l.
fina. C. de codi. tenet q̃ talis succedat ex testamento: sed ab inte-
stato excludat fiscum: circa alios ponit duas opiniones: in succes-
sione autem ex testamento concordat cum Ang. Pet. et Diony.
ꝛ d. Nic. de vbal. in suo tractatu de successio. ab intesta. refert idẽ
d. Anto. de gratianis in quodam cõsilio. Insuper dicta clausula
potest referri ad proxima q̃ succedere possit ab intestato sine pre
iudicio venientium ab intestato: sed ex testamento possit simplici
ter quasi non preiudicetur venientibus ab intestato si in testamen
to relinquitur aliquid legitimato in testamẽto. Nam per testamẽ-
tum impeditur successio ab intestato. l. antequã. C. communia. de
successio. l. quãdiu. C. qui admi. ꝛ l. quãdiu. ff. de acquirenda here-
ditate. Ideo per legitimationem nõ fit preiudicium venientibus
ab intestato ex quo non est locus successioni nec succedentium ab
intestato propter obstaculum testamenti: non propter obstaculũ
legitimationis: vnde in successione testamentaria de qua agitur
non operatur dicta clausula secundum dictam considerationem:
que est de mente Pauli de cast. ꝛ aliorum modernorũ qui supra
10 relati sunt. ¶ † His tamen non obstantibus contrariam arbitror
sententiam veriorem. Nam primo est aduertendum q̃ papa non
legitimat dictum Joannem spurium: sed dispensat q̃ nõ obstan
te q̃ sit spurius et spurius remaneat: nihilominus sit habilis ad
successionem et ad officia secularia ꝛc. sine preiudicio ꝛc. quod de-
monstratur: quia papa nõ vtitur verbo legitimamus vel simili: vel
11 vtitur verbo dispensamus. † ꝛ a verbis minime recedendum est. l.
12 non aliter. de legatis tertio. ꝛ l. j. §. is qui nauẽ. ff. de exer. † Quia
verba solent conuenire menti. l. labeo. §. idem tubero. de suppel. le-
ga. ꝛ c. secundo requiris. de appel. cum concordan. Item quo ad
13 spiritualia remanet cum defectu natalium ꝛ sic spurius. † Et incõ
uenit q̃ qualitates contrarie concurrant in eodẽ subiecto prout
14 est esse legitimum ꝛ illegitimũ. † Legitimatus enim vere est legi-
timus vt probatur in auth. quibus mod. natura. effi. legitimi. ĩncto
nigro. colũ. vj. ꝛ in auth. quibus mod. natura. effi. sui. in princip. ibi
naturali iure priori libertati ꝛ legitimi fierent. ꝛ eo. titu. §. bella ve
ro ibi restituere nature ꝛ antique legitimati ꝛ iuri legitimo. et. §. si
quis ergo nõ habens. versi. liceat autem. ibi restituere nature et an
tique legitimati: et firmat clare ibi Ange. Spurius autem vere
est illegitimus: legitimus autem ꝛ illegitimus sunt contraria me
rito ꝛc. arg. l. j. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. ꝛ l. nec manifest.
ff. de fur. esse autem quo ad quid legitimum ꝛ quo ad quid illegiti
mum esset quoddam monstrũ: dicit dominus Antonius in c. per
venerabilem. in penul. char. qui filij sint legitimi. Preterea papa
dispensat q̃ non obstante dicto defectu possit succedere exercere
officia ꝛc. Non autem abolet defectum: sed tollit obstantiam defe
ctus: ita sonant illa verba non obstante defectu apposita in literis
gratiosis: ergo presupponere videtur q̃ tempore quo habet succe
15 dere vigeat defectus natalium ꝛ nõ ob. † Quia qualitas adiecta
verbo intelligitur scd'm tẽpus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. de
noxali. l. ex facto. de vulga. et pupilla. cum similibus. Facit. c. ij. de
filijs presby. lib. vj. ibi non obstante defectu natalium. Non enĩ est
propria locutio: nec est solita locutio si dicatur fiat tale quid non
obstante titio si titius non est in rerum natura. Sed si titius extat
ꝛ non obstat: vt patet ad sensum: itaq; illa verba non obstante de
fectu natalium saltem innuũt si nõ artant q̃ defectus nataliũ du
ret ꝛ non sit abolitus per legitimationem: sed tollãtur obstantia
16 per dispensationem apostolicam. † Similẽ differentiã inter dispẽ
sationem ꝛ legitimationem facit dominus Antonius de butrio
in c. per venerabilẽ. qui filij sint legitimi. in penul. char. versi. nunc
vltimo videamus. circa primum effectum. idem no. Pau. de cast.
in l. sed si hac lege. §. patronum. de in ius vocã. per illum tex. dicẽs
se pluries consuluisse. idem Petrus de ancha. in consi. ccxlij. inci-
piente ex tenore priuilegij. ꝛ Pau. de cast. in consi. ccxix. incipien.
super isto puncto plura. vbi dicit q̃ huiusmodi dispẽsatio est stri-
cti iuris ꝛ differt a legitimatione. Idem not. Bald. in quodã con
si. q̃ quia multum confert ad decisionẽ huius consultationis ad
17 literam interseram: sic enim inquit. In christi nomine amẽ. † Ver
ba autem ista succedere valens in bonis parentum et consangui-
neorum tuorum absq; preiudicio illorum qui in eisdẽ bonis si pa
rentes ꝛ consanguinei ab intestato decederent succedere deberent
libere ꝛ licite. Queritur que gratia est ista. Et dico q̃ est quedam
dispensatio non legitimatio: quia non est restitutus nature ꝛ legi
timitati antique: sed solũmodo habilitatus ad succedendum: nec
hoc simpliciter: sed cum modificatione: videlicet absq; preiudicio
illorum qui ab intestato succedere deberent. Unde cum non sit le-
gitimatus: sed solũmodo habilitatus non haberetur loco posthu
mi: sed sui heredis vt ex hoc debeat anteferri vt no. per modernos
in l. gallus. de libe. ꝛ posthu. videamꝰ ergo quẽ intellectũ habeat
18 illa verba absq; preiudicio succedere ab intestato debentis. † Et
quero super illo verbo debentiũ: vtrum proprie loquẽdo transuer
salibus debeatur hereditas ab intestato: ꝛ videtur q̃ non nisi so-
lis fratribus vt patet in. §. j. in auth. de hered. ꝛ fal. Sed imo videt
q̃ sit debita vsq; ad quartum gradum agnatorum ꝛ tertium co-
gnatorum ꝛ non vltra: vt. C. de codicillis. l. si quis. §. penul. exponi
tur enim debita vt quasi debita. vt. C. de iur. et fac. igno. l. cũ emã-
cipata: imo videtur q̃ nulli transuersalium proprie hereditas de-
beatur: vel quasi debeatur. vt. C. de impo. lu. descri. l. j. §. j in versi.
ceterum vero. Ergo credo q̃ istud verbum late ponatur: quasi di
cat sine alicuiꝰ iuris preiudicio. C. de eman. li. l. nec auus. ff. de vul
ga. ꝛ pupilla. l. ex facto. C. de impube. l. humanitatis. ꝛ in l. ij. §. si
quid a principe. ff. ne quid in loco publico. de auct. ꝛ vsu palij. c. ex
tuarum. Est ergo sensus huius indulgentie iste: videlicet q̃ si non
sint vel succedere nolint legitimi successores: vt iste bastardꝰ possit
in totum succedere al's nõ possit: vt. ff. de heredi. insti. l. si quis ita
heres fuerit si legitimi. Concluditur ergo q̃ fratres testatoris car
nales vel etiam patrueles succedunt ab intestato secundũ ius cõ-
mune vt. C. de naturalibus lib. auth. licet. Et hoc importat illa:
absq; tñ preiudicio: ꝛ ita sentio de hoc puncto: vxor sola vel fiscus
vel etiam remotiores vltra quartum gradum hunc non exclude-
rent a gratia pape. pondero autem ad propositum nostrum pro
19 nunc q̃ vult q̃ sit dispensatio. † Dispensatio autem est stricte in-
terpretanda tanq̃ odiosa. c. j. in fi. de filijs presby. lib. vj. ꝛ c. non po
test. cum sua glo. super verbo modicum. de preben. eo. lib. ꝛ not. in
his terminis Pe. de ancha. in d. consi. ccxlij. dicens q̃ legitimatio
est fauorabilis dispensatio huiusmodi est odiosa: vnde magis de
20 facili inducitur subreptio. † Et vba equiuoca sunt magis restrin-
genda in ipsis dispensationibus per ea que habentur in dictis iu-
ribus. His premissis dico ex duobꝰ medijs q̃ dictus Joannes ita
dispensatus non potest succedere in dictis bonis eidem relictis p
21 eius patrem. † Primo ꝛ principaliter: quia dicta dispensatio est
nulla ea ratione: quia presupponitur q̃ pater habebat filias legi
timas ꝛ naturales de quibus nulla fit mentio in ipsis literis dispẽ
sationis. Ideo tanq̃ subreptitia redditur inefficax: nam litere gra
tiose sunt nulle si per subreptionem impetrantur. c. ad audiẽtiã. ij.
de rescrip. Constat enim q̃ papa non de facili legitimat quando
pater habet legitimã prolem prout quando nõ habet: ꝛ hoc suffi
cit ad reddendum literas subreptitias. c. postulasti. in fin. de rescri
ptis. probat in proposito optime tex. in auth. quibus mod. natura.
effi. sui. §. si quis ergo filios legitimos non habens. collatione. vij.
ꝛ in. §. si quis ergo non habens filios legitimos. in auth. quibꝰ mo.
natura. effi. legi. collatione. vj. vbi permittitur legitimatio per re-
scriptum. vbi filij legitimi nõ extant: et non permittitur vbi filij le-
gitimi extant. et facit. §. sui vero solummodo eo. auc. col. vj. et hec
firmat dominus Antonius in d. c. per venerabilem. colum. xxvij.
vbi refert Joan. and. in addi. Spec. in titu. de succes. ab intest. §. j.
versi. item scias. post Ubertuz de Bobio tenere q̃ requiratur q̃
fiat mẽtio etiam agnatorum: dicit tamen q̃ loquitur de legitima
tione post mortem patris: tamen dicit q̃ idem sentit in legitima-
tione que fieret in vita patris. Et subdit dominus Antonius q̃
22 credit hec procedere etiam si fiat motu proprio. † Sed in hoc non
est opus instare: quia hec dispensatio non est facta motu proprio
sed ad supplicationem prout cõstat ex tenore literaruz: licet ꝛ al's
23 presumeretur. c. si motu proprio. de preben. lib. vj. † Ex hoc idẽ q̃
legitimatio extantibus legitimis prius natis non valeat: presup
ponit Barto. post Ray. de forli. in dicta. l. ex facto. de vulga. ꝛ pu
pilla. quod ꝛ firmat Pet. de ancha. in dicto consilio. ccxlij. incipiẽ.
ex tenore priuilegij. i prima col. vbi expresse firmat q̃ vt legitima-
tio sit efficax requiritur q̃ pater filios legitimos non habeat: quia
papa nõ intendit per suam legitimationem filijs legitimis preiu-
dicare per. §. moriens vero. in auth. quibus mod. naturales effi. leg.
col. vj. ꝛ. §. si vero his. in auth. quibus modis naturales efficiã. sui.
col. vij. secundum eum. Et idem tenet Panor. in d. c. per venerabi
lem. allegando. §. illud. in auth. quibus modis naturales efficiãtur
sui. ꝛ not. per Joan. and. in additio. Spec. de successio. ab intesta.
§. j. versicu. sed ex facto queritur. licet loquatur in impetratione fa
cta per legitimatum nihil dicens de parte. Ratio tamẽ sua est ge
neralis: ꝛ etiam dictum est generale: ita q̃ in sui generalitate com
prehendit etiam illum casum. Item presupponit Ponta. in con-
silio mihi. cciiij. ꝛ secũdum ordinem informis. cxcij. incipiẽ. in pro-
posita consultatione primo videndum occurrit. ij. col. Idem vo-
luit Pau. de cast. in consi. ccxxi. incipien. super eo quod primo lo-
co queritur. in tertia col. multo fortius hoc est dicenduz in dispen
satione: prout est illa de qua agitur: cum in dispẽsatione sit maior
ratio per iam dicta: ꝛ per ea que tradit dominus Antonius de bu
trio in c. cum vicroniensis. de electio. dicens q̃ legitimatus est ha
bilior q̃ dispensatus cum legitimatio sit vberior ꝛ per eam fit legi
24 timus secundum eum. † Dato autem sine preiudicio veritatis q̃
dicta dispensatio teneat: nihilominus non videtur habilitare di-
ctum spurium ad bona paterna hoc casu propter illam clausulaz
appositã in ista dispensatione. Nam cõstat q̃ dicti filij ꝛ filie erãt
ab intestato successuri si dictus pater nõ fecisset testamentũ: adeo
q̃ si dicta dispensatio non fuisset facta dictũ relictum factũ dicto

spurio fuisset pro non scriptum. auctenti. ex complexu. C. de inces. nup. §. fina. in autenti. quibus modis naturales efficiātur sui. ⁊ §. fina. in autentico quibus modis naturales efficiantur legiti. 25 † Et pro non scriptū remanet apud heredem oneratū. l. vnica. §. in primo. C. de cadu. tolen. et. l. fina. ff. de his que pro non scriptis habentur. Ideo hoc casu preiudicaret ipsis filijs legitimis institutis in testamento si legata facta dicto spurio redderentur efficacia vigore dicte dispēsationis. 26 † Et profecto dicta verba gnālia sine preiudicio eorum qui ab intestato succederent non diuinando vel impropriando comprehendunt hunc casum et a verbis non debet recedi si de mente non constat per iura vulgaria: ⁊ si paterentur dicta verba aliquam restrictionem possent restringi ad descendētes et ascendentes et transuersales vsq; ad quartum gradum secūdū sententiam Bald. i consi. quod supra posui ad contestum vl' si volumus magis restringere: restringatur ad descendentes quib⁹ est debita hereditas iuxta. l. fina. C. de codi. vel quasi debita. l. fin. §. vero. C. de cura fur. et per glo. et docto. in. l. si emancipata. C. de iuris ⁊ fac. ignoran. prout et in descendentibus dictam clausulā intelligit Pau. de cast. in consilio. cxxiiij. incipien dicendum est dictam hereditatem. in. j. colū. argu. eorum que habentur in. l. ex facto. §. fina. ff. ad. trebel. Nec inconuenit si legitimatio raro sortiretur effectum. 27 † Quia satis est amico in aliquibus subueniri. l. tutori. de nego. gest. Si enim prouidet qđ possit succedere ex testamento quādo sunt instituti extranei vel quando filius spurius haberet substitutum vel coniunctum: quo casu si non valeret deuolueretur ad substitutum vel coniunctum. d. §. in primo. ⁊ §. pro secūdo. ea. l. et sic tūc non ageretur de preiudicio eorum qui ab intestato succederent. Item qđ succedere possint ab intestato si alij nolūt succedere vel si non sunt: licet hoc raro occurrat. Item si in codicillis ab intestato factis: iuxta. l. si quis cum nullum. et. l. conficiunt. in princip. et. l. ab intestato. de iure codicil. esset aliquid relictum ⁊ datus coniunctus vel substitutus: tunc enim non agitur de preiudicio venientium ab intestato: quia si non deuolueretur ad legitimatum deuolueret ad substitutum vel coniunctum: merito hoc casu legitimatio ⁊ dispensatio potest operari effectum suum: ideo intelligendo verbo vt sonant non stat gratia sine virtute aliquid operandi: et quicquid dicendum sit in legitimatione facta cū clausula sine preiudicio venientium ab intestato: in qua forte loquuntur nonnulli ex relatis in contrarium. 28 † Tamen in dispensatione que est odiosa et stricte interpretanda vt supra deductum est non videtur a verbis recedendum ad ampliationez dispensationis: immo solet a vi propria verborū recedēdi ad restrictionem: vt min⁹ iuri derogetur: iuxta. c. cum dilectus. de consuetudi. et. c. cum dilecta. de rescriptis. cum multis similibus. Et est aduertendum quod Baldus in preallegato consilio ponderat quod ex gratia illa super quam consuluit resultat dispensatio et non resultat legitimatio: quod non ponderat Angelus in suo consilio supra relato: nec forte ponderant Petrus eius germanus: licet in fonte nō viderīz consilium Petri. Si enim ipse et alij in contrarium relati loquuntur in legitimatione non sunt trahendi ad dispensationem per dicta supra. Item est aduertendum qđ est ponderanda forma vbo-29 rum dicte clausule. † Nam aliud sonant verba ista sine preiudicio venientium ab intestato: prout loquitur Paulus de castro in dicto consilio. ccxx. incipien. visa quadam dispensatione: seu verba ista sine preiudicio eorū qui ab intestato succedere possent: in quibus verbis loquitur Ange. in dicto consilio incipiente viso pūcto quā sonent ista verba sine preiudicio eorum qui in huiusmodi bonis si pater mater et agnati vel cognati predicti ab intestato decederent succedere deberent: que verba interuenerunt in casu nostro quia non recedendo a verbis: verba primo et secundo loco interlineata patiuntur illam interpretationem qđ non obstent succedēti ex testamento. Nam facto testamento nullus est successurus ab intestato: nec quisq; potest succedere ab intestato per. l. anteq;. C. communia. d. successio. cum concordan. vnde non fit preiudicium venientibus ab intestato: quia nulli sunt qui ab intestato veniant ⁊ tunc illa clausula sine preiudicio venientium ab intestato referatur ad secundum caput gratie in qua fit gratia qđ posset succedere ex testamento et ab intestato: ⁊ sic illa clausula que immediate subditur sine preiudicio ⁊c. referatur ad proxima. et sic quatenus conceditur qđ possit ab intestato succedere et non ad capitulum qđ possit ex testamento succedere: et in istis clausulis possit verificari opinio eorum qui tenent quod non obst. dicta clausula poterit indifferenter succedere ex testamento. Sed verba thematis nostri aliter se habent. Nam remouēt preiudicium eorum qui succederent in istis bonis si pater ⁊c. decederet ab intestato Si enim dicta clausula referretur solum ad successionem ab intestato superuacua foret illa conditio si pater ⁊c. ab intestato decederet. Ideo est sensus quod siue succedat ex testamento que ab intestato non fiat preiudicium eis qui succederent in istis bonis paternis si pater nō fecisset testamentum. Constat enim q licet pater fecerit testamētuz filij legitimi sunt illi qui in dictis bonis succederent si pater testamentum non fecisset. Ideo ipsis filijs legitimis non debet fieri preiudicium secundum verba dicte clausule: sed facto testamēto valido ipsi filij legitimi non sunt venientes ab intestato: nec sunt qui ab intestato succedere possunt stante causa testati. Ideo licet fiat eis preiudicium non offendunt verba clausule sine preiudicio venientium ab intestato: nec verba clausule sine preiudicio eorū qui ab intestato succedere possent in quibus loquuntur Ang. ⁊ Paulus de castro. Sed bene obstant verba clausule de qua in themate per predicta. Et maxime quia verba clausule nostre referunt ad successionem patris matris agnatorum ⁊ cognatorum ⁊ aliorum quorūcūq;: que verba aliorum quorūcūq; non possunt commode et verisimiliter verificari: nisi in successione testamentaria: quia nō potest ipse succedere ab intestato: nisi agnatis vel cognatis vl' vxori: et sic potius vsus fuisset verbo singularis numeri quā pluralis si dūtaxat ad successionem ab intestato referretur dicta clausula ⁊ insuper succedens vxori non potest preiudicare venientibus ab intestato: quia maritus est vltimus i successione. l. j. C. vñ vir ⁊ vxor. Preterea non erat inhabilis propter spurietatem succedere vxori: vnde ex his dignoscitur q dicta clausula non ob. et sic ex predictis non obstant auctoritates predictorum et sequaciuz qui in similibus terminis sunt intelligendi. Uerba enim priuilegiorū sunt diligent ponderanda. c. porro. de priuileg. Nec vllo pacto placet illa consideratio Ange. ⁊ Pet. de ancha. quod huiusmodi clausula operetur solum in successione contra testamentum. Tum quia verba dicte gratie non trahuntur ad successionem cōtra testamētum prout ⁊ dicit Petrus de perusio in preallegato consilio incipiē. visa gratia: sed solum ad successionem ex testamento vel ab intestato. Nec imponit necessitatem ei aliquid relinquendi: sed soluz concedit ei facultatem ⁊ habilitatem succedendi. Cum igitur de iure communi nequeat succedere contra testamentum et verba dispensationis minime id concedant: ideo frustra dubitaretur de successione contra testamentum. Nam et si essent instituti penit⁹ extranei non posset iste filius ita dispensatus succedere contra 30 testamentum patris. † Prout in simili videmus de iure communi qđ licet filius naturalis sit habilitatus ad successionem ex testamento per. l. ij. l. humanitatis: et auf. licet. C. de natu. li. et ab intestato. d. auf. licet. tamen nō possunt succedere contra testamētum secundum glo. notabilem in. l. j. in princip. de bonorū pos. cōtratab. et glo. in. §. tam auc. institu. de inoffi testamento: tum etiā quia loquitur de successione patris ⁊ matris ⁊ agnatorū ⁊ cognatorum: ⁊ sic transuersalium: contra quorum testamentum nō potest cognatus venire: quia solum testamenta ascendentium ⁊ descēdentium impugnantur ⁊ fratris vtrinq; coniuncti vel cōsanguinei turpi psona istituta. l. fratris. ⁊ l. fratres. C. de inoffic. testamēto. Item extranea videtur illa interpretatio. Petri de anchara. in preallegato consilio quod illa verba importent quod si ipse non succedit admittantur alij. Nam illa dubitatio quā ipse elicit erat elusoria. Attento quod papa non apponit manus in successione passiua alicuius. sed solum dispensat habilitando istum spurium: vt non obstan. defectu natalium possit succedere ex testamēto et ab intestato. Cui ergo dubiuz quod si ipse non succederet alij non impediuntur: quia non tribuit sibi papa plusq; si defectum natalium nō pateretur: et tamen si filius legitimus ⁊ naturalis nō succedit non impediuntur alij: vt patet in titu. de successio. edic. et. l. qui se patris. cum sua materia. C. vnde liberi. illa autem opinio qđ restringeretur ad descendentes est satis equa: ⁊ quia nō facit cōtra consultantem. imo pro eo: ideo nō insisto. Nec similiter circa opinionem Bal. in suprascripto consilio. Nam et illa facit pro cōsultante: licet magis placeat qđ sit standū verbis dicte clausule put iacent saltem in dispensatione que est restringenda non ampliāda vltra quam verba proprie intellecta importent. Et maxime quo ad preiudicium filiorum: quia potest interpretari qđ supplicans. Ideo non fecit mentionem de filijs: quia non intendebat q ipsis filijs seu filiabus fieret aliquod preiudicium. Ex quibus omnib⁹ concludo quod dictis spurius non potest vigore dicte dispensationis succedere in dictis bonis ei relictis quatenus dicta relicta preiudicāt filijs vel filiabus legitimis ⁊ naturalibus qui sunt instituti seu qui ab intestato succedūt. Nec obstāt adducta in ↄtrariū 31 que patent sublata per adducta pro hac parte. † Et insup est maximum dubium: an in simplici legitimatione spuriorum requirat spālis derogatoria clausula non obst. An sufficiat generalis quādo nihil aliud obstaret q; ius cōmune impediens legitimationez spuriorum. Dato autē q sufficeret generalis clausula cuius cōtrarium presupponunt Ange. ⁊ Raph. fulg. in. l. sed ⁊ si quis. §. qsitū. ff. si. quis cauti. ⁊ sumitur ex dictis Bar. ⁊ Bal. in. l. fi. C. si ↄtra ius vel vtilitatem publicam. ⁊ sparsim in q; multis locis per doct. nō insisto cā breuitatis: q2 nō intēdo intrare illā arduā questionez Nihilominus nō refert in casu nostro in quo viget vitiū subreptionis q pariter respicit ipsam clausulā prout residuū gratie vel saltē ne sit subreptitia interpretet illa clausula sine preiudicio eoruz ⁊c. Ut nullatenus obstet filijs legitimis ⁊ naturalib⁹. Laus deo.

¶ Summarium

¶ Summarium super consilio .xciiij.

1 ¶ Fratrum vel nepotum appellatione an veniat soror statuto loquente de fratribus et nepotibus.
2 Filij fratrum vel sororum predefunctorum succedunt vna cum fratribus vel sororibus defuncti licet statuto excludatur soror. nu. 5.
3 Masculinū non concipit femininum in materia statutaria.
4 Soror non venit aut comprehenditur sub statuto loquēte de fratribus et nepotibus.
5 Dotata filia aut femina ex fratre descendentibus successione masculis stantibus aut filijs masculis ex eis statuto exclusa nō trahitur dicti statuti dispositio ad filios masculos sororum vt pariter exclusi dicantur nec exclusa dicitur dotata nisi sit dotata tempore delate hereditatis. et nu. 12. et cōsi. seq. per totum.
6 Adite aut delate hereditatis tempus est inspiciendum nu. 12.
7 Forenses non ligantur statutis aliarum terrarum nec illa statuta trahuntur ad bona alibi sita. nu. seq. et 9. et 13.
Statutum loci non trahitur ad bona alibi sita.
8 Statutum quod filiusfa. testari possit nō trahitur ad filiumfa. forēsem ibi testantem.
9 Statutum iuri cōmuni contrarium est restringendum.
10 Qualitas cessat vbi non est subiectum.
11 Dos constitui solet vt maritus subeat onera matrimonij.
12 Hereditatis delate tempus inspicitur vt dotata statuto exclusa nisi fuerit dotata tempore hereditatis delate non dicitur exclusa. nu. sequen.
13 Statuta restringuntur ad futura tantū non autē presentia et non operantur ad circa ea que sunt tempore quo conduntur.
14 Aditio hereditatis presumitur solēniter facta possessionē longissimi temporis licet sit inchoata infra tempus inhabile tamen cōtinuatio eiusdē possessionis potest tempus habile ad cognoscendū facit presumi tempore habili fuisse agnitam. vsque ad fi. consi.
Solēnitas in actu requisita an psumatur ex diuturnitate tēporis.
15 Possessio bonorum agnosci non potest nisi intra centum dies inchoata tamen infra dictum tempus cōtinuatio eiusdem post tempus habile ad cognoscendum facit presumi tempore habili fuisse agnitam
16 Prescriptio non nocet impedito legitime nec filio nocet in hereditate sibi delata patre viuente idem in actione personali idem in petitione hereditatis.

¶ Consilium .xciiij.

quod sufficienter deducant scientiam vel saltem transferant onus probandi ignorantiam in aduersariũ. Et per cõsequẽs nõ ꝓbata ignorantia cessat fundamẽtũ hui⁹ restõnis in integ. † Nec etiã obstat si dicat ꝙ mulierib⁹ subuenit in dãnis euitãdis etiã vt iuris ignorãtia nõ noceat. l. iuris ignorãtia. ⁊ l. error. ⁊ l. regula. ff. de iuris ⁊ fac. igno. cũ ꝯcor. † Quia ad hoc rñdetur ꝙ etiã iusta ignorãtia facti nõ excusat quominus res ipso iure incidat in cõmissum: vt pꝫ ex notatis p gl. ⁊ doc. in. l. ij. C. de iure emphy. ⁊ qđ habetur in. l. fi. C. de pscri. lon. tem. ⁊ in. d. §. si quis autem ⁊ patet ex supra dictis. quanto ergo fortius ignorãtia iuris q̃ nõ est iusta. ⁊ dicta iura loquunt in alijs terminis in quibus fortius prodesset facti iusta ignorãtia. Nec videt iusta causa dandi restõnẽ in inte. ignorãtia iure maxime cũ potuerit ꝯsulere ꝑteritiõis ꝑcertim in ciuitate ferrarie vbi viget studiũ generale ⁊ copia doctoꝝ. Preterea vr̃ dicendũ ꝙ nõ cogatur de dãno sed de lucro non captãdo. Nã de iure cõi dicta emphyteosis nõ deuoluit ad dictã matrẽ. Et lꝫ bulla pape disponat ꝙ deuoluat ad successores ab itestato vel ex testamento. Tñ etiã disponit ꝙ debeant petere se inuestiri: ideo potest dici ꝙ querat ius in re demũ sequuta inuestitura: vt sic dicta bulla minus deniet a iure cõi: prout decet p dicta supra. † Insup iuris ignorãtia nõ ꝓsumit. l. leges sacratissime. ⁊ l. fi. C. de le. ⁊ l. quẽadmodũ. C. de agri. ⁊ cẽsi. ⁊ regula qui ꝯ iura mercat i. vj. Adeo qđ poti⁹ ꝓsumit mala fides: ⁊ sic dolus q̃ ignorãtia: vt dictis iurib⁹. ⁊ p Bar. ⁊ An. i. l. sꝫ ⁊ si lege. §. scire. ff. de peti. here. Presertim q̃ dicta bulla in illis partib⁹ versisit est multũ nota: vñ magis est ꝓsumẽda notitia ipsius. † Confert q̃ sagax erat ar. eius qđ dr̃ de rustico sagace in. l. qđ si nepotes. ff. de excu. tu. ⁊ p Bal. ⁊ Raph. ful. in. l. si quis id qđ. §. doli. ff. de iurisd. om. iudi. Et maxime q̃ prout dr̃ habebat aduocatũ qui verisimiliter eã instruebat. Nec etiã refragatur ꝙ dr̃ pro parte dicte domine qđ dictum tempus currit a die adite hereditatis nõ a die mortis: q̃ antea nõ erat dictum ius nec facultas petẽdi inuestiturã erat ad eam deuoluta. † Non eñ potest petere inuestituram: nisi vt heres: ideo anteꝙ adeat nõ cẽsetur negligens nec decet ꝙ currat sibi tempus ad petenduꝫ inuestituram ad hoc. l. statu liberos. §. si qs heredi. ff. de statu libe. vbi testator iniunxit ꝙ si testator iniunxit ꝙ daret. ĩ. x. dies proximos morte testatoris. Tñ suppletur per legislatorẽ ⁊ adite hereditatis ita ꝙ non currunt dicti. x. dies nisi a die adite hereditatis: lꝫ verba testamenti repugnent ad idẽ tex. iuncta glo. in. l. fi. §. finaũt dubi⁹. C. de iure delibe. Ubi imperator statuit terminũ ad ꝯficiendũ inuentariũ incipere recurrere a die sciẽtie ꝙ fuerit delata hereditas tamẽ glo. supplet ⁊ adite hereditatis. ⁊ sic vult ꝙ lꝫ ꝟba tex. sonẽt ꝙ currat a die scie delate hereditatis: tñ nõ currit prius q̃ hereditas sit adita fm glo. ibi in verbo delatã in fi. ⁊ in ꝟbo ꝯsũmatiõe. ⁊ idem Bart ⁊ Bal. ibi. ⁊ in. §. si vero postq̃. e. l. ⁊ Bar. in. §. donec e. l. ꝙ ⁊ vult Ang. in. d. §. finaũt dubi⁹. ⁊ Pau. de ca. ibidẽ p not. in. l. ea que. §. fi. C. de tempo. in integ. resti. qđ ⁊ cõiter tenet: ⁊ put ibi dicit Raph. ful. facit tex. in. l. si mihi ⁊ tibi. §. si seruos quos gradibus. de leg. j. ⁊ qđ ibi p Imo. ⁊ qđ per Bal. in. l. j. C. de his q̃ pene no. lꝫ ꝯtrãuꝫ volunt Saly. ⁊ Raph. ful. in. d. §. finautẽ dubius. ⁊ gl. etiã videat aliud velle in aũt. sed cum testator. C. ad. l. fal. † Tñ rñdetur qđ imo a die adite hereditatis est elapsum tps datũ ad petendã inuestituram: vꝫ annus ⁊ mẽsis: pro cui⁹ rei ꝓbatione opꝫ est aggredi fm dubiũ. † Et sic discutere: an per illos actus de quibus in themate fuerit iducta aditio solẽnis ⁊ valida. Circa qđ vr̃ primo aspectu dicẽdũ ꝙ non ea rõne: q̃ presupponitur extare ius municipale quo cauet ꝙ contractus vel aditio vł immixtio hereditatis ⁊ ceteri q̃si ꝯctus ipso iure non valeãt nisi interueniat ꝯsensus ⁊ ꝑñtia duoꝝ ꝓximoꝝ cõsanguineoꝝ ⁊c. Et lꝫ presupponat ꝙ interuenerint ꝓximiores sanguinei. Tñ ex quo dicta dña Antonia asserebat se heredẽ: lꝫ forte pri⁹ nõ adiuerit nihilomin⁹ non vr̃ ꝙ tũc resultauerit valida aditio: q̃ lex municipalis i additiõe reqrit ⁊ ꝑñtiam ⁊ ꝯsensum ꝓximioꝝ ꝯsanguineoꝝ: lꝫ dicti ꝯsanguinei fuerint ꝑñtes actib⁹ q̃ nõ poterãt fieri citra ius ⁊ nomẽ heredis: tñ nõ videt ꝙ ꝯsenserint additioni: q̃ non fuit eis exꝑssum ꝙ dicta dña Antonia gerẽs illos actus vellet tũc adire: imo ex q̃ asserebat se heredẽ vr̃ verisimile ꝙ illi crediderint ipsam pri⁹ adiuisse: ⁊ p ꝯñs non consenserint additioni quam ignorabant: † q̃ ignorans non consentit arg. l. mater decedens de inoffic. te. l. nec ignorãs. C. de dona. cum simili. quinimo nec ꝑñtia dicitur quis ꝑstare actui consensum nisi intelligat quid agitur. l. diem proferre. §. coram. de arbi. ⁊ l. corã. ff. de verbo. signi. ⁊ inquit Bal. in rubrica. C. qui admit. per dicta iura ꝙ ignorans non prestat consensuꝫ vel ꝑñtiam tacit. l. j. C. de bono. possess. fm tabu. † Hinc est ꝙ act⁹ qui solo consensu resultat non potest fieri per ignorãtem: imo nec per dubitantem. l. si is ad quem. ⁊ l. heres institutus cum. ll. sequẽtibus. ff. de acqui. heredi. iuncta. l. pro herede in princ. ⁊ l. gerit. eo. titu. ⁊ l. si auia. C. de iure de lib. † Et qui putat se heredem nõ potest adire. l. ⁊ econtrario. ff. de acquiren. heredi. itaqꝫ qui putat mulierem iam adiuisse ⁊ per consequens non posse amplius adire vł recusare hereditatem iuxta. l. si quis filium. ff. de acquirẽ. hered. ⁊ l. sicut. C. de repu. hereditate. Non videtur quod censeatur consentire aditioni. Ad hoc notabi. per Barto. in rubrica. C. qui admit. vbi vult quod iudex non censetur auctorari contractui simulato: licet autoritatem interponat: quia non intelligit quid agatur. Et magis ad indiuiduum inquit quod si statutum requirit consensum nõ sufficiat ꝯsensus ꝯsanguineoꝝ si nõ intelligunt id ꝙ agit. † Ad idẽ qđ no. Bal. in. d. rubrica. C. qui admit. volẽs ꝙ licet hodie in agnitione bonoꝝ possess. nõ requirat factũ iudicis p. l. fi. C. q̃ admit. ⁊ l. fi. §. j. ff. de cura. fur. Tñ ex quo debet agnosci corã iudice: vt dictis iurib⁹. debet iudex intelligere: ꝙ ꝯparẽs corã eo velit agnoscere bonoꝝ pos. Et nõ solũ debet hoc intelligere: sꝫ etiã quã bonoꝝ pos. ⁊ quare velit agnoscere: ⁊ ideo adnoscẽs bonoꝝ possess. interrogat⁹ a iudice debet declarare spẽm bonoꝝ possess. quã agnoscit. put vult Bald. in. l. fi. in fi. eo. tit. hinc etiã dixit idem Bald. in l. j. in prima qõne. eo. ti. ꝙ si minor recepit coram iudice solutioneꝫ debiti a debitore hereditario aĩo agnoscẽde bonoꝝ poss. nõ resultat agnitio nisi iudex intelligat ꝙ ille minor est in actu agnoscẽde bonorum possess. ita in ꝓposito non censeantur consanguinei consensisse aditioni: lꝫ cõsentirent alienationi ⁊ alijs actibus qui non poterant fieri citra ius ⁊ nomen heredis nisi intelligerent ꝙ dicta domina Antonia volebat adire. Qđ quidẽ minime videtur apparere. † Ad idẽ. l. bonoꝝ. §. eo. ti. vbi iudex nõ supplet defectũ tutoris nisi sciat deficere tutorẽ: ad qđ possent multa similia adduci que breuitatis causa omitto. Cum itaqꝫ nõ fuerit intimatũ in aliquo ex actibus quibus consenserunt cõsanguinei qđ ipsa domina Antonia vellet adire non videant consensisse additioni. Cum potuerint putare: ⁊ forte putabant ꝙ adiuissent. Et forte consensissent aditioni: prout consenserunt alienationi cum potuerit esse vtilis alienatio ⁊ cõstitutio procuratoris si fuisset heres ⁊ tñ ipsa aditio nõ fuerit vtilis: ⁊ ideo non consensissent aditioni: licet consenserint alienationi. † In his enim que depẽdẽt ab animo attendit opinio potius q̃ veritas: put inquit Bar. in. l. gerit in prima colũ. de acquiren. heredi. per tex. ibi. ⁊ l. is q̃ putat cum similibus. eo. tit. † Censeantur itaqꝫ consensisse alienationi facte a dicta muliere velut ab ea que iam adiuerat: ⁊ sic censeantur consensisse ei quã ꝓsequeretur aditionẽ. iã factã non tanq̃ de nouo adiuerit prestat ar. l. iiij. §. scio. ff. de minor. vbi minor fact⁹ maior videtur ꝓsequi primam aditionẽ non nouã facere. Quinimo etiã ipsa mulier cẽseat actum gessisse tanq̃ iam facta herẽs non tunc de nouo adire: put ⁊ verba videntur innuere. Qđ persuadetur ex eo: q̃ in tertio actu in quo prestiterunt assensum ipsi consanguinei vtitur eisdem verbis seu saltem equipollẽtibus quibus vtitur in primo actu in quo similis consensus fuit adhibitus: ⁊ constat ꝙ si in primo actu fuit inducta aditio pariter nec in vltimo: quia nulla ratio diuersitatis reddi potest. l. iij. §. j. ff. de iniusto testamẽ. ⁊ l. j. in fi. C. eodem titu. cum concordan. Ex quo deducitur quod illa verba heres ⁊ hereditario nomine posita in vltima venditione necessario videtur intelligi quod erat heres ex preterito tempore: quia si per prima verba ⁊ primam venditionem nõ erat facta heres. ergo nec per illam vltimam. Cum itaqꝫ eadem verba in vltima venditione prolata significant heredis existentiam etiam pro tempore preterito: ita et videtur quod sint interpretãda. et similia verba prolata in prima. † Cum verborum interpretatio sumatur ex consuetudine loquendi proferentis ipsa verba. l. si seruus plurium. §. fi. de lega. j. † Et ꝓpterea dixit Bart. cum quo doc. transeunt. in. l. cẽturio. de vulga. ⁊ pupil. quod si verbum cõmune in vña parte testamenti ponitur in significatione directa: ita ⁊ similiter positum in alia parte testamenti interpretatur in directa significatione. Et econtra si in vna parte ponitur. in obliqua significatione: ita in dubio interpretatur positum in alia secundum eum ad idem quod no glo. in. l. iij. in principi. ff. de acqui. possess. Dicens quod si quis continuat possessionem tanquam iam quesitam non acquirit illam cum nõ habeat animum illam querendi quam gl. comprobat ibi Iaco. de raper. l. iiij. §. subtilius. ff. de condi. causa data causa nõ secuta. ita ergo ⁊ qui continuat actus hereditarios tanq̃ factus heres non cẽseatur de nouo querere. Nec consentientes talibus actibus cẽleãtur consentire noue aditioni. † His tamen non obstan. contrariã arbitror sententiam veriorem. Naꝫ constat quod tales actus ostẽdunt animum facientis quod volebat esse heres: tum quia expresse dicebat se esse heredem ⁊ hereditario nomine facere neqꝫ presumitur quis dicere nisi quod in animo agitat. l. labeo. §. idem tubero de suppel. lega. ⁊ c. secũdo requiris. de appel. cum si. Tum quia venditio rerũ hereditariaꝝ non põt licite fieri citra ius ⁊ nomẽ heredis: ideo causat aditionem. l. p herede. §. j. ⁊ l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauerit ibi vt rẽ hereditariam distrahat de acqui. hered. Et hoc non latebat consanguineis presentibus et consentientibus actũ. s. ꝙ per illum actum inducebatur aditio si pri⁹ nõ emanauerat: quia nõ ꝓsumunt ius ignorare. l. ll. sacratissime. ⁊ l. fi. C. de. ll. ⁊ ꝙ per Bar. ⁊ Ang. in. l. sed ⁊ si lege. §. scire. ff. de peti. here. volentes qđ potius presumitur dol⁹ q̃ iuris ignorãtia facit l. quemadmodum. C. de agri. ⁊ cen. lib. xj. ⁊ c. q̃ cõtra iura mercat. de regu. iur. in. vj. ideo cum non constaret eis quod prius adiuerit ⁊ actus ille ⁊ verba poterant adaptari ad aditionẽ tunc presentẽ

put ad preteritũ: ideo consentiendo venditioni rei hereditarie vl' alteri actui qui se habet ad aditionem censetur cõsentire aditiõi. Nam qui vult cõsequens censetur velle suũ antecedẽs ⁊ ecõtra. l. illud. ff. de acqui. heredi. ⁊ l. ad rem mobilẽ. ⁊ l. ad legatũ. de pcur. ⁊ l. oratio. de sponsa. Ideo qui vult qd̓ vendat̃ res hereditarie p eum cui est delata hereditas vult ꝙ ipse adeat hereditatez put est expressuz in. d. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mãdauit. vbi qui iubet ꝙ vẽdatur res hereditaria iubet qd̓ adeatur hereditas pari ratione qui consentit ꝙ vendatur res hereditaria consentit quod adeat̃ hereditas. Nec hoc respectu est dare ratiõem diuersitatis ceteris paribus inter iussum ⁊ cõsensuz. Et si dicat̃ ibi pater sciebat ꝙ filius vel dñs ꝙ seruꝰ nõ poterat adire sine eius iussu ⁊ sciebat se nõ iussisse: quia circa factũ pprũ nõ cadit error vel ignorãtia. l. ꝓꝙ. ff. ad vell. ⁊ c. ab excõmunicato. d̓ rescriptis: ideo sciebat filiũ vel seruũ non adiuisse merito ibi sufficit mandasse ꝙ vendatur res hereditaria: sed hic cõsanguinei alij poterant forte cõsensum prestitisse alij aditiõi: ⁊ maxime quia in vno ex dictis actibꝰ dicit̃ qd̓ alij consanguinei erãt absentes: ⁊ in alio dicit̃ ꝙ vnus alias ex p
55 ximioribus consanguineis erat absens. † Et insup licet tũc tẽporis illi consensum prestantes forent pximiores non sequitur qd̓ retro alij pximiores non fuerint quoꝝ cõsensu potuerit fieri aditio. Et isup ipse forte fuerũt aliq̃ tpe absẽtes vel ĩfirmi q̃ tpe alij potuerũt pstitisse cõsensum. Et in hoc est vis pñtis disceptationis. Põt rñderi pluribꝰ modis. primo qd̓ sufficiat scia in gñe. arg. l. qui iure militari. ff. de mili. test. Et sic sufficiat ꝙ sciebãt ꝙ erat delata hereditas: ⁊ ꝙ poterat esse ꝙ nõ fuerit adita priꝰ hr̃ditas: et ꝙ fuerit adita priꝰ hr̃ditas: ⁊ ꝙ priꝰ nõ fuerit adita: ⁊ tñ simpl'r voluerũt ꝯsẽtire vẽditiõi rei hr̃ditarie, ⁊ actui facto p illã mulierẽ hr̃ditario noĩe: iõ cẽsent̃ voluisse ꝯsentire illi actui siue priꝰ fuerit adita hr̃ditas siue nõ fuerit adita. Et iõ cẽsent̃ ꝯsẽtire aditiõi casu quo hr̃di
56 tas nõ fuerit priꝰ adita. † Et hoc sufficit: qr sub ꝯditiõe de p̃terito vl' pñti q̃ nõ suspẽdit. l. cũ ad p̃sens cũ. ll. seq̃ntibꝰ. ff. si cer. peta. põt fieri aditio: lz nõ possit fieri sub ꝯditione de futuro. l. actꝰ legitimi. ff. de reg. iur. l. eũ q in fi. de acq. hr̃ditate. put hic voluit Bar. i. d. l. gerit añpenul. col. iõ cũ ꝯsenserint actui simpl'r: ⁊ sic cẽsent̃ ꝯsẽtire illi actui in oẽm euẽtũ in ꝯñtiaz cẽseant̃ ꝯsentire siue ex eo resultet aditio hr̃ditatis siue nõ resultet in ꝯsequẽtiã videt̃ ꝯsẽtire adi
57 tioni hr̃ditatis q̃ resultat ex illo actu. † Nec refringat̃ ꝙ ignorans nõ ꝯsentit: qr lz ignoret in specie: scire tñ d̓r in gñe: ⁊ hoc sufficit vt censeat̃ ꝯsentire. d. l. q iure militari. ⁊ ibi hr̃ ⁊ p doc. i. l. tres fr̃es. ff. de pactis. Preterea ⁊ scd̓o isti erãt ꝯsanguinei q de facili p̃sumuntur scire gesta p ꝯsanguinea. arg. l. octaui. ff. vñ cognati. l. de tutela. C. de in integ. resti. mino. ⁊ q̃ p Bar. i. l. j. ff. si cer. peta. Vñ tũ qr ꝯsanguinei: tũ qr id ꝯferebat ad actũ cui cõsentiebãt: tum etiã qr in additiõe p̃terita reqsita fuisset pñtia ꝯsanguineoꝝ ⁊ verisil'r saltẽ alter eoꝝ interuenisset: maxime cũ in prima vẽditione dicat̃ de absentia tm̃ vniꝰ ꝯsanguinei: ⁊ in pcuratorio dicat̃ ꝙ illi cõsentiẽtes erãt pximiores ꝯsanguinei est verisil'e ꝙ ipsi scirẽt seu saltẽ putarẽt ꝙ prius nõ adiuerit saltẽ legitime. Et in his sufficit opinio ꝯformis veritati. l. cũ quidã. §. qd̓ d̓r. ij. ff. de acq. heredi. Cõfert ad
58 predicta: qr est verisil'e ꝙ ipsi vellẽt scire quõ esset heres. † Nã si nõ erat heres nõ expediebat mulieri vẽdere rẽ alienã ppter periculũ euictiõis: ⁊ maxime qr faciẽs cũ alio actũ vt heres artat̃ docere se
59 heredẽ. ar. l. j. C. cred. euic. pigno. nõ debere: ⁊ qd̓ ibi p Bar. † Nec licitũ vẽdit̃ res aliena: nec lz mendaciũ pferre cũ sonet in delictũ. c.
60 j. de delic. pue. † Et iõ nõ debuissent ꝯsentire actibus gestis maxie vẽditiõibꝰ reꝝ hr̃ditariarũ p illã vt heredẽ: nisi fuisset heres: iõ est verisil'e ꝙ ipi voluerint priꝰ q̃ꝫ ꝯsenserint inuestigare an illa adiuerit necne: ne ꝯtingeret eos ꝯsentire actui nõ licito cũ quilibet p̃sumat̃ bonꝰ: ⁊ nolle illicitis ꝯsentire. l. merito cũ ibi no. ff. p soc. et. l. oĩmõ. C. de inoffi. testa. Et ex his oĩbꝰ est p̃sumẽdũ ꝙ sciuerint an
61 prius adiuerit necne. † Coadiuuant̃ p̃dicta etiã enũciatiue plata q̃ pñt adaptari ad actũ p̃teritũ ⁊ ad actũ pñtẽ tpe. s. celebrati istr̃i. interpretat̃ ꝙ demõstrẽt actũ celebratuz tpe instr̃i ⁊ nõ actũ retro celebratũ si actꝰ poterat tũc celebrari etiã si v̓ba sũt p̃teriti tpis vt est tex. in. l. si ita stipulatꝰ. §. grisogonꝰ. de verb. obl. put illũ tex. ibi ponderãt doc maxie Ang. ⁊ Imo. ⁊ idẽ no. Bar. in. l. post dotẽ. ff. sol. ma. ad hoc ⁊ p Bar. ⁊ ceteros in. l. p̃dia. ff. de acq. pos. ⁊ i. l. si cautiõe. C. d̓ nõ nu. pec. iõ v̓bũ illud heres ⁊c. adaptet̃ ad tp̃s pñs instr̃i. ⁊ sic ꝙ tũc fiat heres nõ ꝙ retro fuerit factus heres tertio rñdet̃ ꝙ scia reqsitis ad aditionẽ hr̃ditatis exigt̃ in eo q adit hr̃ditatẽ qñ est talis q̃litatis ꝙ in eo cadat scia: ⁊ nõ i eo cuiꝰ ministeriũ requirit̃ vt est tex. in. l. cũ qdã. §. pe. ff. de acq. hr̃dita. ⁊ no. Bart. in l. is põt. in fine. ff. eo. ti. attendit̃ em̃ scia filij vl' serui vel filij qbꝰ est delata hereditas nõ pr̃s vel dñi quoꝝ ministeriũ hoc est iussus requirit̃. vt no. Bar. ibi p. d. §. pe. q optime pbat: ita in pposito. At tẽdat̃ sciẽtia mulieris cui ẽ delata hereditas: ⁊ q̃ adit nõ sciẽtia cõsanguineoꝝ q adhibent cõsensum saltẽ ita exactũ put requirit̃ in
62 principali adeunte. † Sz in principali adeũte si putauit iã factus heres voluntaria aditione. lz falsum sit si habet animũ essendi heres resultat aditio put cõcludit Bar. latius psequẽs hũc articulũ in. d. l. gerit in antepenul. ⁊ penul. col. quẽ ⁊ tetigit in. d. l. is põt. ⁊ Imo. in. d. l. gerit in fine. lz dicat dictũ Bar. dubiũ: tñ cõcludit ꝙ putans se iam factuz heredem gerit se pro herede resultat aditio. Nã ex quo facit actũ ad cõfirmãdũ aditionẽ iã factã inducit̃ aditio de nouo si facta prius nõ fuerat per. l. seruus. ⁊ l. qui ob pactionẽ. ff. de vsuca. s̓m eũ p que iura Bar. Ange. ⁊ Imo. ⁊ cõiter doc. in. d. l. iij. de acq. pos. reprobãt gl. ibi volẽtes ꝙ qui credit q̃siuisse prius possessionẽ illã ꝯtinuando eã de nouo querit. Si igitur q putat se heredẽ factũ gerẽdo actũ q nõ põt fieri citra ius ⁊ nomẽ heredis: ⁊ sic gerẽdo se p herede cẽset̃ adire. Et sic illa falsa opinio ipsius adeũtis nõ impedit neqꝫ inficit aditionẽ quantominus noceat falsa opinio eorũ qui nõ adeũt sz solũ p̃bẽt ministeriũ aditioni aliene. Cũ nõ requirat̃: ita exacta notitia in istis talibus: put requiritur in ipsis adeuntibꝰ: vt superiꝰ demõstratũ est. Et sic militat argumẽtũ a maiori. Cõfirmãt̃ p̃dicta ex no. p Bal. in. l. j. dicta p̃ma q̃one. C. q admit. dicẽtẽ ꝙ cõsensus iudicis requisitus in aditione: ita operatur aditionẽ validã si interuenit in actu q non põt geri citra ius ⁊ nomẽ heredis: ⁊ sic in aditione tacita: put si interuenisset in aditione expressa: ita in pposito cõsensus cõsanguineorũ adhibitus in actibus qui sunt facti hereditario noĩe: nec poterant geri citra ius ⁊ nomen heredis reddat aditionẽ validã. Nec obstat ꝙ supra relatũ est dixisse Bal. C. q admit. d̓ minore recipiẽte solutionẽ a d̓bitore hr̃ditario corã iudice: qr lz ex tali actu resultet aditio vel agnitio bonoꝝ pos. Tñ qr iudex ignorabat illũ velle adire vel agnoscere bonoꝝ pos. nõ resultat valida aditio vel agnitio bo. pos. qr rñdetur qd̓ Bal. ibi loquit̃ qñ iudex ignorabat ꝙ recipiens solutionẽ intenderet esse heres: qr. s. non recipiebat vt heres: ⁊ p ꝯsequẽs iudex ignorabat illũ actũ nõ posse fieri citra ius ⁊ nomẽ heredis: qr poterat credere ꝙ esset debitor pprius ipsiꝰ minoris nõ debitor hr̃ditariꝰ: sz in. d. l. j. loquit̃ qñ iudex intelligit eẽ actũ q nõ põt fieri citra ius ⁊ nomẽ hr̃dis. sit ergo firma cõclusio ꝙ resultauerit valida aditio. Nõ obstantibus adductis in ꝯtrariũ q̃ satis apparent sublata ex deductis supra. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. clxvj.

Interpretari

32 Interpretari solent stricte verba in contractibus.
33 Contrahentes censentur se velle regulari cum dispositione iuris communis vel municipalis.
34 Dñs directus vel proprietarius an possit precio oblato emptori ipsam rem auferre vel dictum emptorem compellere ad rem sibi dandum.nu.seq.vsqz ad fi.consi.
35 Confessio iudicialis est efficacior extraiudiciali quia pro iudicato actionem parit.
36 Judicij color validat actum z facit subintelligi stipulationē vbi alias secus esset.
37 Renūciatio futuri iuris ex iudiciū nō valet.sec⁹ si fiat corā iudice.
38 Pactum nudum an vestiatur colore iudicij.
39 Vendere rem suam nemo compellitur.
40 Sequentia z precedentia proximis declarantur.
41 Clausula in fine posita refertur ad precedētia proxima prout ad remota.
42 Argumentum a ɔtrio sensu est fortissimum in iure.
43 Dare nemo presumitur quod non habet.
44 Jura communia specialibus sunt fortiora z actus gesti iure communi ꝙ̄ speciali.
45 Prescriptio habet iustum errorem pro titulo.
46 Prescribere potest qui emit ab vtili dño quē putabat directum.

Consilium.clxvi.

1 In nomine dñi nostri Jesu xpi.† Quatuor vertunť in hac cōsultatiōe dubia de quib⁹ singulariter agēdum est. Deueniendo itaqz ad primū circa qđ meo iudicio maior vertiť dubitatio vr̄ primo aspectu dicendū ꝙ dicta datio insolutū facta p dictū dñm Symonē dicto marco fuerit ipō iure nulla ex quo statutū gñaliter disponit ꝙ vsuari⁹ seu recognoscēs rez ab alio put erat dictus dñs Symon nō possit rem recognitā vendere etiā respectu sui iuris vtilis dñij irreqsito ppietario. Et si ppietari⁹ velit ipsam rē emere teneať vsuarius seu recognoscēs eidē vēdere pro minori pcio ꝙ̄ alteri pro sex denarijs pro libra. Et vēditio aliter facta ipso iure nō valeat nec teneat z vsuarius incidat in penā de qua in dicto statuto. Si igiť fuisset specifica vēditio pñs ɔsultatio nullā haberet dubitationē. Sed dubiū versať an phibita vēditione censeať phibita

2 datio insolutuz extraiudicialis.† Circa qđ videť dicēdū ꝙ sic. Nā appellatione venditionis videť ɔtineri oīs ɔctus.l.statu liberuz.§.qntus.ff.de statu libe.z.l.sicut.§.vēditionis.ff.qbus mo.pig.vł hypo.sol.no.in.l.j.glo.non pōt.ff.que res pigno.obli.pos.z in.l.ij.C.de vsuca.pro emp.z.ibi Cy.z p Cy..in.l.volūtatis.C.de fideicō.z in.l.fi.C.de reb.alie.nō alie. Et presertim ɔtineť oīs cōtract⁹ nō gratuitus no.in.c.j.de symonia.z in.c.querelā.eo.tit.in glo.ij. ideo videť ꝙ i isto statuto phibente venditionē censeať etiā prohibita datio insolutum z hmōi ɔctus nō gratuitus. Qđ maxime dicēdū vr̄: qꝛ statutū in hac parte videť se conformare cū iure cōmuni. Nā loquiť de recognoscente aliū in dñm soluēdo quolibet anno canonē seu pēsionē: z sic resultare videtur quedaz locatio in

3 ppetuum vel ad lōgum tēpus.† Locatio aūt in perpetuum vł ad longū tp̄s nō videť a ɔctu emphyteotico differre: vt videť aperte pbare tex.insti.de locato.z cōduc.§.adeo.z.ff.si ager vectigal.vł emphy.peta.iuncto rubro cū nigro: z est glo.in.l.fi.in verbo retra

4 hendā.C.de locatione prediorū ciuilium lib.xj.† Et de iure cōmuni emphyteota non pōt rem emphyteoticam alienare irrequisito dño.l.fi.C.de iure emphy.vbi generaliter disponitur ꝙ emphyteota non possit ius emphyteoticum alienare vel in aliū trāsferre nec se restringit ad venditionem disponens ꝙ si aliter fuerit versatus emphyteota cadat ab ipso iure emphyteotico idem etiā disponiť extra de locato.in.c.potuit.licet ille tex.loquať in venditione. Sz venditio videť ibi sumi large pro qualibet alienatione.ɔiungēdo tex.illius.c.cū tex.d.l.fi. Ad idē tex.in.l.ij.C.ne rei dñice vel tēplorū vbi etiā phibeť donatio. Et hoc ꝙ ēphyteota donare nō possit rē ēphyteoticā tenuit gl.i.l.j.C.de fundis p̄rimonialibus lib.xj.put eā allegat Bar.i.d.l.si dom⁹.§.fi.q eā seqť p tex.in.d.l.fi.q loquiť de qualibet alienatione. Et idē tenuit idē Bar.in.l.j.in fi.ff.de superficiebus qui etiam pro hac parte consuluit qđ z voluit Ang.in.d.l.si dom⁹.§.fi.z in.d.l.ij.C.ne rei dominice vł tēplorū qđ z voluerūt Richar.malum.z Cy.in.d.l.fi.C.de iure emphy. idcirco videtur quod ex quo statutum videtur in hac parte se conformare cum iure communi sit large intelligendum: adeo quod ɔprehendat alienatione factam ex causa onerosa. Et quatenus in versicu.possit autem statutum quod possit alienari ex alio tit.intelligatur de ti. nō simili vēditiōi: z sic titulo oneroso: sed de alienatione ex causa lucratiua vt sic per hāc interpretationem minus recedatur a iure cōmuni per.c.cum dilectus cum ibi no.extra de ɔlue.z in.l.ius sin

5 gulare.z in.l.qđ vero ɔtra.de.ll.cū si.† Qđ maxie videť pcedere in datione insolutū facta pro debito certe quantitatis put contingit in casu nostro. Nam talis datio insolutū videtur esse quedam species venditionis. Nam ex vna parte videtur cōsistere quātitas pecunie numerate ex alia parte cōsistit species: ideo resultare videtur cōtractus emptionis z venditionis per tex.in.l.naturalis.§.i.

6 ff.de prescrip.verbis.† Et ideo ex datione insolutū extraiudiciali oriť actio exempto vt est exp̄ssum in.l.si p̄dium.C.de euic.z in.l.eleganter in p̄n.ff.de pig.ac. Et ppterea vr̄ ꝙ resultet emptio z vēditio: put z qñ dať res p extimata.l.vnica.§.extimatarum.C.de rei vxor.ac.z p gl.z doc.in.l.si inter virū.C.de iure do.z al's datio extimationis litis causat titulū p emptore: z sic vr̄ resultare quedaz emptio z venditio.l.litis extimatio.ff.p emptore.z facit.l.sed z si res.§.siluis.ff.de publicia.z.l.si propter res.ff.reruz amo.cū simi. Nec ob.l.libera quedā theodora.C.de sententijs que videť pbare ɔtrarium quatenus ibi diciť ꝙ si res data insolutū euinciť agitur primeua actione: qꝛ nō censeť sequuta liberatio: z ɔsequenter nō censeť vendita res data insolutum z preciū cōuersum in solutionē debite: qꝛ soluūt gl.z doc.cōiter omnes dictum cōtrarium duob⁹ modis.vno modo ꝙ.d.l.libera pcedat qñ isolutū datur spēs pro specie.z.d.l.eleganter.z.d.l.si p̄dium.pcedant qñ datur insolutuz spēs pro q̄titate. Nam tunc in dubio censeť quedā vēditio. in p̄cedēti aūt casu secus. Et ideo nō resultat liberatio nisi res data insolutū fiat plene ipsius accipiētis. Alia datur solō ꝙ.d.l.libera pcedat qñ spēs datur insolutum pro q̄titate hoc acto ꝙ nō sequať liberatio nisi res data insolutum fiat inconuincibiliter ipsius accipiētis quo casu nō censetur vllo pacto resultare emptio z vēditio. Et hec quidem solō approbať per Bar.z doc.in dictis iurib⁹ tāꝙ̄ in se vera: sed dicunt doc.prefati ꝙ est diuinatiuā: z ideo approbāt p̄cedētē solutionē. Ex quo euidenter apparet doct.velle qđ in dubio nō cēseať actū vt nō sequatur liberatio nisi res data insolutum fiat incōuincibiliter accipiētis. Et idcirco in his terminis vr̄ pcedere opi. Alberici de rosa.in suo ope statutario in scđa parte in qōne.xlix.quatenus vult ꝙ statutū phibens venditionē in nō subditū militat gñaliter in voluntaria alienatiōe.z p cōsequēs in datiōe insolutū extraiudiciali: qꝛ debitor non videť necessitat⁹ ad dandū insolutū aliquā suam spēm pro debito q̄titatis z in terminis nr̄is suadent verba dationis insolutuz ibi dū dicit eapropter antedictus dñs Symon sponte pure libere zc. Et sic cū dicta datio insolutū fuerit spōtanea z libera.ergo non astricta aliqua coactiōe seu necessitate.z idē videť cōcludere idē Albericus in prima parte dicti sui op is q.lxxxviij. Et ex his videť ꝙ dicta datio insolutū ɔprehendať sub primo capite dicti statuti phibēte vēditionem rei recognite irreqsito dicto ppietario. Et p cōsequēs dicta datio insolutū fuerit ipso iure nulla: z etiaz qꝛ nō videť rō dƒie inter dationē insolutū z vēditionem: qꝛ put pro dicta q̄titate dedit dictas res dicto marco: ita etiā poterat eas res vēdere.d.Gaspari directo ppietario p eadē q̄titate z illa q̄titate recepta eā soluere dicto marco creditori z fuisset liberat⁹: z iō ab idētitate rōnis statutū loquēs de vēditiōe trahať ad hmōi dationē insolutū accedit qđ habeť p gl.in verbo eligať.z doc.in cle.j.de elec.vbi ꝟba cle.correctiue extēdunť ad ipropriā interp̄tationē ex idētitate rōnis qđ z p illā gl.vt singularē dixit Jmol.i.l.si ꝟo.§.de viro.ff.so.ma.in articulo extēsiōis legis correctiue. His tñ minime refragā

7 tinus cōtrariā sñiam arbitror de iure veriorē. Nā p̄mittēdū duxi ꝙ dictū statutū ē exorbitās: qꝛ regula est ꝙ qlibet est rei sue mode

8 rator z arbiter.l.in re mādata.C.mādati.† z ideo iura phibentia liberā alienationē rei: z maxime p̄cipiētia vēdi vni magis ꝙ̄ alteri cēsenda sunt odiosa z restringēda.l.dudū.C.de cōtrahen.emp. Et licet emphyteota etiā de iure cōi phibeať vendere rē emphyteoticā: tñ iste dñs Symō nō videť simplex emphyteota: qꝛ non solū habebat vtile dñiū: sz etiā ius acqrendi directū dñiū ꝙ nō hz ipse emphyteota z statutū de quo.s̄.loqtur etiā in hñte istud ius sibi appropriādi directū dñiū vt est expressum ī p̄n.eiusdē statuti. Preterea in emphyteosi solet solui modicus canon seu pensio in recognitionē directi dñij. Et tñ p̄supponiť qđ dict⁹ dñs Symon soluere tenebatur annuā mercedē coequeuam fructibus dictaruz

9 rerū.† Et insuper emphyteosis concediť vt res emphyteotica melioretur. Et ideo iura emphyteotarum appellantur greco vocabulo emponemata z latino meliorationes vt pbatur in.l.ij.z.l.fi.C.de iure emph.z in.d.c.potuit de loca. Sz nō presupponitur qđ dictus dñs Symon habuerit dictas res ad meliorandum. Nec videtur id verisimile ex quo erat statuta certa quantitas qua ipse dominus Symon poterat sibi dictas res appropriare: ideo dato quod regulariter locatio ad longum tempus censeatur in dubio transire in contractum emphyteoticuz: tamen in casu isto potest artentari secus esse. Et si ita est consequenter inferť quod dictum statutum est hoc respectu omnino exorbitās ꝙ etiā ex alio exorbitat: quia tenetur vigore dicti statuti ipse recognoscēs vendere directo domino emere volenti pro minori p̄cio ꝙ̄ possit ab alio recipere quod nequaquā disponitur đ iure cōi. Et alienū videť a rigore iur̄.z equitate quod nedum artetur ad vendendum alicui: sz ꝙ arteť etiā vēdere p minus iusto precio. Jdeo etiam ex hoc capite est stricte interpretandum. Jtem si venditur emphyteotica res irrequisito domino solum disponitur quod emphyteota cadat a iure suo: sz vigore dicti statuti dispōiť qđ si dñs emere voluerit teneatur eidem vendere pro supradicto precio sinautem noluerit emere

tūc teneatur venditor pro pena nouam recipere inuestituram et
soluere caput soldum: quod quidem nō est dispositum de iure cō
10 muni.† Nec ista pena ē de iure ꝯmuni ⁊ ꝯstat penas esse odiosas
11 ⁊ restringēdas vt in regula in penis in.vj.⁊ in.l.si preses.⁊.l.inter
pretatione.de penis cum concordantijs.† Et lꝫ pena ꝙ cadat a
iure suo vendēs irreqsito ꝓprietario sit statuta a iure cōi ꝑ.d.l.fin.
in fi.⁊ gl.fi.ibi dicat ꝙ ipso iure cadat. Quāuis verbū cadat futu
ri tpis aliud innuat iuxta.theoricā gl.⁊ doc.ī.l.in criminali.C.de
iurisdi.om.iudi.⁊.c.si diligenti.de foro ꝯpetē.⁊.l.iubemꝰ.§.sane.
C.de sac.san.eccle.⁊.l.si qs in tātā circa mediū gl.magne.C.vñ vi.
⁊ in dicto statuto disponit ꝙ cadit a iure suo sub ꝯditiōe si nō pe
tierit iuestiturā ⁊ soluerit caput soldū. Et ſm hoc videat diminu
ta ista pena amissiōis iure sui nō aucta ⁊ hoc respectu videat dis
positio ampliāda nō restrigēda; cū ꝯtrariorū soleat esse ꝯtria natura.l.
⁊ si ꝯ.ff.de vul.⁊ pu.⁊.l.ꝙ si toto.ff.de leg.j.cū si.⁊ sic pene augmē
tū est restringendū pene diminutio est amplianda. Tñ rñdet qd
statutū nō iponit solū penā amissionis iuris sui ꝯditionaliter sed
artat recognoscētē vt recipiat inuestiturā ⁊ soluat caput soldū: ita
ꝙ si ꝓprietarius velit ipsum astringere ad hoc ⁊ nolit niti ex pe-
na amissionis iur sui. tūc recognoscens puniet dicta pena de iure
municipali qua nō puniret de iure cōi. Nec poterit dicere ego pa
ti volo penā amissiōis: ⁊ nō debeo affici duplici pena.argu.l.sena
tus.ff.de accusa. Quia pena amissionis iuris sui intelligit volēte
ꝓprietario vt in simili ꝑ gl.⁊ doc.in.l.ij.de iure emphy.⁊ habetur
etiā in.d.c.potuit.iniquū.n.esset ꝙ staret in arbitrio emphiteote
etiā inuito ꝓprietario liberādi se ab obligatione qua est astrictus
ad soluēdū canonē: ⁊ maxime per suū delictū vel quasi: scilicet nō
12 obtemperādo precepto legis. Et attento ꝙ pena nō solet presta-
13 re imunitatē.l.relegatorū in fi.ff.de interdictis ⁊ relega.† Et insu
per oīs recessus a iure cōi ⁊ iure cōis immutatio est regulariter o-
diosa ⁊ restringibilis iuxta.c.cū dilectꝰ.de ꝯsue.⁊.l.ius singulare.
⁊.l.qd ꝓ ꝯ.ff.de legi.⁊ regule que a iure cōi exorbitāt in.vj. Si ita
qꝫ aliter fit cōmissio pene.de iure municipali ꝙ fiat de iure com-
muni corrigitur in hac parte ius cōe.ideo ⁊ tāq penale ⁊ tāq iu
ris cōis correctiuū seu exorbitās est restringēdū per iam dicta. Cū
itaqꝫ saltem exorbitet in pluribus de quibus premissum est. Con
cludēdū est ꝙ istud statutū est stricti iuris ⁊ stricte interpretādū.
Et maxime vltra predicta: quia recognoscēs habebit ius sibi ap-
ꝓpriādi ꝙ ꝑ statutū ꝑdit ꝙ nō erat īductū de iure cōi: ꝙ ēt coad
iuuat ex alio qr dictū ius municipale i.§.⁊.eꝯ si dñs piter disponit
ī directo ꝓpetario ꝙ nō possit vēdere irreqsito vtili dño ꝙ penitꝰ
exorbitat a iure cōmuni ⁊ ꝓut verbū venditio ⁊ verbū vēdere su-
mit ibi stricte ꝓ ꝓpria venditiōe: ita suadet ꝙ ⁊ similiter fuerit.s.
sumptū ꝑ ipsos statuētes Ex his infert ꝙ ꝓhibitio vēditiōis fa-
14 cta ꝑ dictū ius municipale est stricte interpretāda.† Et ꝓpterea
lꝫ vbū vēditiōis ponat qñqꝫ largissime ꝓ qualibet alienatione ex
ꝯtractu: ⁊ qñqꝫ large ꝓ quolibꝫ ꝯctu onceroso vt supra in cōtrariū
deductū est. Tñ qr qñqꝫ ponit ꝓprie ⁊ stricte ꝓ ipso cōtractu em
ptionis ⁊ vēditionis qui differt ab alijs cōtractibꝰ q cēset habere
spāle ⁊ ꝓpriū nomē: iō iudicat ꝯtractus noīatus.l.iurisgētium in
ꝑn.cū ibi notatis.ff.de pactis.⁊ ita sumit in toto ti.de ꝯhē.emp.
ff.⁊.C.⁊ extra.e.ti.ꝑ totos. Ex quo dat intelligi qd vbi ponit lar-
ge vel largissime verbū vēditio ibi ponit improprie. Nā si tale ver
bū ꝓprie sumptū ꝯueniret etiā alijs cōtractibus: tūc cōtractꝰ em-
ptionis ⁊ vēditionis nō vēdicasset sibi spāle nomen: sꝫ staret sub
noīe gñali ⁊ successiue nō iudicaret cōtractus noīatus: sꝫ īnoīatꝰ
ꝓut dicimus in ꝑmutatiōe ⁊ in trāsactiōe. Sꝫ hoc est falsissimuꝫ
qr imo est ꝯctꝰ noīatꝰ vt est notissimū. Ergo istud nomē nō est no
mē gñale ⁊ equiuocū ad plures ꝯctus: sꝫ est nomē ꝯueniens soli
vni spēi cōtractus qui solo consensu celebratur interueniente.s.ex
vna ꝑte precio certo in pecunia numerata ex altera specie.l.j.ff.de
ꝯhen.emp.insti.eo.ti.§.preciū. Cū hoc ꝙ nō agat ꝙ spēi trāsfera
tur dñiū vel nō trāsferatur.l.fi.ff.de ꝯdi.ob causaꝫ.⁊.l.cū manu sa
ta.§.nemo.ff.de cōtrahen.emp. Ideo in materia statutaria ⁊ ex-
orbitanti appellatione venditionis debet venire solus prenoīatꝰ
spālis noīatus contractus ⁊ nō debet sumi large vel largissime ꝑ
predicta.⁊ qr est cōe dictū ꝙ verba statutorū sunt stricte ⁊ proprie
intelligēda.l.cōstitutiones ad munici.⁊.l.iij.§.hec vba.ff.de neg.
gest.⁊.d.c.cum dilectus.⁊ hoc voluit Bal.in.c.j.de aliena. feud.
x.collatione.dicens ꝙ in dispositione contra ius ꝯmune nō venit
alius contractus sub verbo venditionis. Ad idem gl.in.d.§.quin
tus.dicens ꝙ in materia stricta non veniunt ceteri cōtractus ap-
pellatione venditionis. Hinc Pau.de cast.in.l.iij.non tñ de insti-
to.dicit ꝙ si ꝓprietarius dedit emphyteote licentiam vendendi
rem emphyteoticam non poterit illam ꝑmutare: ⁊ sic nō ponitur
etiā pro alijs ꝯctibꝰ ad ideꝫ qd no. Bar.in.l.arist.§.fi.ff.de dona.
Ex quibus concludendum est ꝙ primū caput huiꝰ statuti ꝓhibi
tiuum exorbitās ⁊ penale loquens de venditione non trahat ad
ceteros ꝯctus ⁊ ad alienationes ex alijs titulis: qd ⁊ persuadetur
qr vbi statuētes voluerunt venire ceteros ꝯctus ⁊ alienatiōes ex
alijs titulis nō fuerunt ꝯtenti verbo vendere vel verbo venditio-
nis: sed addiderūt verba id sonātia: vt pꝫ eodē statuto.§.⁊ si reco
gnoscēs vendiderit vel quoquo alio titulo alienauerit ⁊c. Prout
ergo expresserunt in.d.§.⁊ si recognoscēs: ita etiā expressissent in
superiori parte statuti que attingit casum nrm si voluissent ꝯpre-
hendere alienationes ex ceteris cōtractibus arg.c.ad audientiaꝫ
de decimis.⁊ qr ex ꝑcedentibus ⁊ sequētibus solet sumi verborū
interpretatio ⁊ ex more ipsius loquētis.l.si seruus pluriū.§.fi.de
leg.j.⁊.l.heredes palā.§.sꝫ si notā.ff.de testa. Et ꝓpterea dicebat
bar.cū quo doc.trāseūt.in.l.cēturio.de vul.⁊ pupil. qd si vbū cōe
qd est equocū ad directā ⁊ obliquā substitutioneꝫ reperit in vna
parte testamēti positū in obliqua significatiōe: ⁊ in alia parte te-
stamēti reperit simplr positū in qua poterat adaptari ad directā
⁊ obliquā significationē. Tñ interꝑtabit in obliqua: ex eo qr te-
stator tale verbū in obliqua significatione posuit: ⁊ ita ecōtrario
si ꝑmo testator posuit ī directa postea in alia parte simplr posuit
interpretabitur etiam postea sumptum in directa significatione.
Ita in ꝓposito cum reperiat ꝙ statuētes in vna parte statuti po
suerunt verbum vēdiderit ꝓprie ⁊ stricte ꝓut non cōprehēdit ce-
teros ꝯctꝰ: ita ⁊ censeāt assumpsisse simile vbū in alia parte statu
15 ti vbi simplr posuerūt.† Cōfirmant premissa: quia in dicto statu-
to pluries fit mentio de ꝑcio ⁊ vbi fit mētio de ꝑcio ibi intelligitur
de contractu emptiōis ⁊ ven.vt spē distincta a ceteris ꝯctibꝰ.l.fi.
C.de ꝑdi.curi.lib.x.⁊ ibi gl.⁊ Bar.ita no.dñs abbas in.c.j.de his
q fiūt a ꝑla.⁊ in.c.fi.de decimis. Idē in terminis Io.an. in addi.
spec.ti.de emp.⁊ ven.§.nunc dicendū restat allegat.l. quemadmo
dum circa medium gl.magne.C.de agri.⁊ cēsi.lib.xj.ideꝫ Bal. in
16 l.si domus.§.fi.de leg.j.† Corroborantur ex theorica Bal.in.c.j.
de alie.feu.volentis ꝙ vbi est tradita certa forma vēditio sumitur
stricte non large vt comprehendat ceteros contractus etiam one
rosos: in casu autem nostro tradit forma ꝙ requiratur ꝓprietariꝰ
als reddat vēditio ipso iure nulla ad hoc qd no. Bal.⁊ Ang.in.l.
ij.ff.de libe.⁊ posth. Ideo verbum vēditio sumatur pro specie se-
parata a ceteris contractibus. Et cōstat apertissime ꝙ statuentes
noluerūt sub verbo venditionis cōprehendere ceteros cōtractus
per quos fieret alienatio: qr statuentes se declarauerūt in.§.possit
autē recognoscēs quouis alio titulo ⁊ iure siue inter viuos siue in
vltima volūtate alienare ⁊c. Voluerūt ergo aperte quod ꝓhibitio
primi capitis statuti loquens de venditione nō cōprehendat cete
ros contractus.⁊ iste.§.loquit per verba vniuersalia quouis alio
⁊c. Idē nullum alium titulū a vēditione stricte sumpta excludit
arg.c.solite.de maio.⁊ obe.⁊ ca.si romanorum.xix.dist. Et cōstat
ꝙ.d.§.possit autem recognoscēs venit aduersatiue ad primā par
tē statuti qua prohibet venditio ⁊ nō ad proximā particulā sta-
tuti que loquitur de alienationibus ad subastationem ⁊c. Quia
aduersatiua autem posita in.d.§.possit autem non aduersaretur.
Nam in prima predicta particula permittitur alienatio nō pro-
hibetur: ideo est necessario referendus ille.§.possit autem ad pri-
mam partem statuti. Et dato ꝙ referretur ad primum versiculū
esset idē sensus: qa alia est vēditio facta ab vno alia facta ab alio.
Ideo alius est titulus dationis insolutū facte per iudicem vel per
creditorē alius est titulus datiōis īsolutū facte ꝑ debitorē. Nec ali
cui debet hoc dubiū videre: ideo nō insisto: ⁊ hoc quidē est indubi
tatū qd vendere nō sumit generaliter pro ceteris alienationibus
nō habētibus conformitatē cū venditione stricte sumpta propter
17 casum in terminis.d.§.possit autem.† Sed pondus dubitatiōis
remanet in hoc: quia datio insolutum videtur quedam venditio
quando datur insolutum species pro debito certe quantitatis ex
quo tunc datur actio exempto.d.l.eleganter in princi.⁊.d.l.si pre
dium. Et maxime quia als de facili posset ꝯmitti fraus ad elusio
nem dicte prohibitionis: quia volens vēdere posset accipere pecu
niam mutuo ⁊ postea dare insolutū rem prohibitā vendi: fraudi-
bus autē ⁊ malitijs hominū iura conātur obuiare.l.ī fundo.ff.de
rei vendi.⁊ euitantur interpretationes ꝑ quas statutum possit de
facili eludi.c.quāto.de diuor.⁊ arg.l.si pretor in prīcipio.ff.de iu-
di.cum simili. Et hinc est quod Albericus non ab re dicitur vo-
luisse quod prohibita venditione censeatur prohibita datio inso-
lutum. Sed tamē etiā in hmōi datione insolutū: idem ꝯcludē-
dum arbitror. Nam ēst aduertendū ꝙ datio insolutū: lꝫ quādoqꝫ
sit similis emptioni nunq est emptio: quoniam nō interuenit pe-
cunia numerata: sed ex vna parte liberatio a debito quātitatꝫ ab
alia parte species. Et cōstat aliud esse liberationē a debito pecu-
niario aliud pecuniā nūmeratā. Ideo certum est ꝙ nō interuenit
pecunia numerata: ⁊ ꝑ cōsequens nec verū preciū ⁊ successiue nec
vera venditio in ipsa datiōe insolutū: qd ⁊ ꝓbat tex.ī.d.l.si ꝑdiuꝫ.
vbi dicit ꝙ datio insolutū vicem venditionis obtinet.ergo nō est
venditio cū nullū simile sit idē.l.qd nerua.ff.deposi.⁊ aliud est esse
tale aliud vice seu loco talis.l.mercedes.ff.de peti.hrdi.⁊.l.rei iudi
cate.§.qr parentis.solu.ma.verbū.n.vicem exponitur.i.loco ⁊ de-
notat improprietatē.l.ij.⁊ ibi no.C.de adop.⁊ ad vicem exponit
i.ad similitudineꝫ.l.vnica in prin.ff.de offi.ꝑfec.preto.⁊.l.his qui
in puteum.§.si tutoris in fi.ff.qd vi aut clam. Item non competit
directa actio exempto: sed vtilis vt in.d.l.si predium.⁊ in.d.l.ele-
ganter in princi. Qd non est ex alio nisi quia non est vera emptio.

Nec propria

5 de testibus.ꝛ.l.inter illā in fi.ff.de ꝟbo.signifi.† Nec ob.q̄ circa iter pretationē verborū dicti statuti.s̄.in contrarium diximus: qꝛ licet ip̄a verba possint hēre illā interpretationē tū oīno copulatiue con cepta de pluribus negatiue appositis pōt etiā al'r interp̄tari.naꝫ hmōi or̄ones copulatiue ꝛ negatiue ꝯcepte sūt adeo dubie qđ gl. in simili disputatiōe circa intellectū.d.c.plerisqꝫ d ele.dicit qđ indi geret cesarea seu supioris decisiōe p̄nt em̄ hmōi or̄ones negatiue cōcepte copulatiue aut alternatiue sumi ex vniuerso ꝛ ex aliquo ꝓ ut subiecta materia suadet lꝫ ꝯtri⁹ sit sensus si vno modo sumatur quā si alio vt hoc ꝓbat tex.in.l.is q ducēta.§.vtrū.ff.de reb⁹ dubi. ꝛ doc.maxime Imo.in.l.h̄rdes mei.§.cūꝫ ita.ff.ad trebel.vbi doc. variāt circa interpretationē or̄onis copulatiue ꝛ negatiue ꝯcepte Ang.em̄ vult qđ hec or̄o si titius ꝛ seius heredes nō erāt de ꝓpria vi verborū reqrat qđ neuter sit h̄rs:Imo.vult ꝯtriū ibi:de propria ꝟborū sufficiat si aliter nō sit h̄rs ꝛ bar.ibi si recte ei⁹ dicta ꝯsiderēt Sꝫ sentit qđ nō magis vnū quā alterū sit de ꝓpria significatione. Sꝫ vtrunqꝫ sensum possit habere ꝓprie capiēdo.ꝛ ꝓpterea legēdo.d. §.cū ita dixi.qđ dicta or̄o pōt pati vtrūqꝫ intellectū ꝓprie sumptū qꝛ aut or̄o sumit ex vniuerso et ꝓcedat interp̄tatio Ange.aut su mit ex aliquo ꝛ vera sit interpretatio Imole p text.d.§.vtrūꝫ vbi in simili eadē ꝟba capiūt sensus ꝯtrios.nec magis d'r vnū ꝙ alte rū esset de ꝓpria significatiōe.et ita ēt al's dixi ꝯsiderādo apud se nas sup ꝯstitutiōe qđ nō incedētes in habitu et tōsura ꝛc.ita etiā in posito nr̄o illa ꝟba statuti donationes venditiones ꝛc.fieri non valeant sine iuramento et sine ꝯscīa duorū ꝓximorū et sine decreto iudicis et sine insinuatiōe p̄nt sumi ex vniuerso et ex aliquo qꝛ pos sunt intelligi qđ fieri nō valeāt si aliqd ex dictis quatuor nō inter uenerit.Itē pōt intelligi qđ fieri nō valeant si omnia dicta quatu or deficiāt.Et dato qđ p̄ma facie ꝟba ista videant sonare in hanc scđam interp̄tationē p ea q̄.s̄.in ꝯtriū dixi.Tū verba sequentia.s̄. ponderata suadēt p̄mā interp̄tationē.ꝛ ēt subiecta materia ꝛ ve risimilis mēs statuētiū p̄mā interp̄tationē suadēt.Nam mens sta tuentium est vt deprehendit ex p̄fatione ꝛ rōne statuti iuxta ea q̄ habentur in.l.fi.de hered.insti.ꝛ p Bar.ī.l.ambitiosa de decre.ab ordi.fa.ꝛ p Dy.in regula.fi.in.vj.ꝛ bar.ꝛ bal.in.l.nō dubiū.C.de ll.dicētes qđ ratio legis ꝛ mēs legis idē sunt ꝓuideri facilitati mi norū:ꝛ ne valeant leuiter dānificari in donationibus ceterisqꝫ alie nationibus vnde mens statuentium videtur esse augere generali ter solēnitates dictarum alienationum sed regul'r res minorū non possunt sine decreto alienari.ff.de rebus eorū.l.j.ꝛ quasi per totū. ꝛ.l.lex q̄ tutorēs.C.de excu.tu.ꝛ.C.de repudijs ꝛ alijs reb⁹ minorū sine decreto non alienandis in rub.ꝛ nig.ꝛ in titulis sequentibus si itaqꝫ secūdum formam dicti statuti sufficeret solum decretū iu dicis dictum statutum inter parum ꝛ nihil ꝓuideret vltra ius cōe facilitati minorū ne leuiter damnificarentur in eorum facultatib⁹ quod non videtur de mente:ꝛ ideo non immerito dictum statutū prout mihi dicitur fuit semper interpretatum quod dicte oēs qua tuor solennitates requiruntur ꝛ minime mutāda sunt que semper certam interpretationem habuerūt.l.minime.ff.de.ll.nam consue tudo est optima.ll.ꝛ statutorū interpres.l.si de interp̄tatiōe.ff.eo. ti.ꝛ.c.cum dilectus extra de ꝯsue.ꝛ iō cum in dicta quietatiōe di cte de nicolose seu remissiōe iurium suorū non interuenerint dicta quatuor reqsita dicta refutatio seu iurium remissio est nulla: nul lum tribuēs ius dictis f̄ribus vigore dicti statuti vt.s̄.ponderati. Item

Itē dixi q̄ iuramentū nō firmat dictū contractū. potissime q̄ cōfir matū a papa vel autoritate. Itē q̄ viget cōstitutio eiusdē tenoris cui⁹ est dictū statutū. Itē pōderaui enormē lesionē tāgēdo ea que dico in auk. sacramenta puberū circa finē in plurib⁹ verbis dicta aūt nō pono. hoc ꝯclusi q̄d nō firmet ⁊ possit peti absolutio sal tē q̄n lōge excedit dimidiā iusti p̄cij q̄n solū vltra dimidiā dici posset teneri tū nō affirmaui. † Item r̄ndi ad statutū de p̄scrip. x. vel xx. annoꝝ q̄d loquit̄ de possidēte rē immobilē iusto ti. ⁊ bona fide isti fratres. nec ti. q̄ null⁹: nec iusto: q̄ doloso: nec bona fide: q̄ dolus mal⁹ p̄supponit malā nō bonā fidē. Item r̄ndi ad aliud statutū q̄ nō p̄ducēs ius suū in iudiciū. intra. x. annos cadat a iure suo q̄d nō itelligit̄ de eo q̄ est malefidei. Itē q̄ nō in possessore rei aliene imobilis p̄pter p̄cedēs statutū se subscripsit. d. Bal. dubitabat de ꝯfirmatiōe pape: q̄ facta vt arbitrabat̄ i forma cōi. Laus deo.

6

¶ Summarium super consilio. cxcij.

¶ Legatū cū clausula q̄ plus petere nō possit ⁊ q̄ sit pro oī eo q̄d petere pōt de bonis testatoris nō extēditur ad cōpensationē dotis restituēde cōsistētis in pecuniā ⁊ q̄ nō est in bonis testatoris. p to.

1 ¶ Legatum acceptans videtur acceptare onus legato iniunctum etiam si sit maius legato.

2 Legatum rei potest ex postfacto superuenire valet licet nō sit tēpore mortis testatoris quia sufficit cogitari in genere si fiat verbo preteriti imperfecti subiunctiui q̄d pōt ad futurū trahi. nu. seq.

Sciētia rei sufficit in genere q̄ ex generalibus verbis deprehēdit̄.

3 Uerbum deberet est preteriti imperfecti subiunctiui ⁊ trahit̄ ad futurum. nu. seq.

4 Uerba quod habere deberet sunt conditionalia.

5 Conditionis natura est se habere ad esse vel non esse.

6 Usufructu pecunie legato an videatur etiam legatum dominium illius ex quo vsus pecunie nō dicitur separatus a dominio.

7 Qualitas posita in vno capitulo censetur in alio repetita.

8 Uerba in principio posita referuntur ad omnia sequentia.

9 Uerba persuasiue mentis conceptum demonstrant quibus clarius indifferenter est standum.

10 Uerba dubia interpretantur ex verisimilitudine proferentis.

11 Legatum obscurum declaratur ex coniecturis ⁊ pro legatario cōsanguineo ⁊ affine presumitur. nu. 9. ⁊ 10.

12 Testatoris volūtatem insequi conari debet iudex prout venator leporem que si dubia fuerit verisimilitudine est interpretanda.

¶ Consilium. cxcij.

In nomine domini nostri Iesu xp̄i. ¶ † Uidetur in hac cōsultatione p̄ma facie dicendū q̄. d. dn̄a Iacoba seu heredes sui si acceptat vel acceptant dictū legatū vsufructus q̄ngentarū nō possit petere dictas quingentas q̄nquaginta libras deuolutas ad dictā dn̄am Iacobā vt heredē sue matris cessante t̄pali ꝯclusione statuti: ⁊ q̄ in p̄ūcto pro claro p̄supponit̄ q̄ cessantibus masculis filia tēpora liter a statuto exclusa admittat̄ p̄ut etiā de iure est sup hoc nō insisto. Sed videt̄ q̄ licet dicta quātitas p̄ integratione portionis sue hereditatis materne deberet̄ sibi. Tū vigore dicti legati ab illius quātitatis petitione excludat̄. nā q̄n testator aliq̄d legat alicui cui legatario aliq̄d onus iniūgit ipse legatari⁹ tenet̄ ill'd onus implere postq̄ legatū acceptat q̄tūcūq̄ onus iniūctū sit maioris estimationis q̄ res vl' quātitas legata vt est expssuz in. l. impator. §. si centū. ver. eni vero. ff. de le. ij. ⁊ l. plane. el. ij. §. si cui stichus. de leg. j. ⁊ io tū. ver. eni vero. ff. de le. ij. ⁊ l. plane. el. ij. §. si cui stichus. de leg. j. ⁊ io cū dicte dn̄e Iacobe fuerit relictus vsufructus q̄ngentarū librarū ⁊ mādatū sibi q̄ nō possit plus petere de bonis ipsius testātoris videtur q̄ astringatur ad obseruantiā dicti mādati dicta rōne: et etiā q̄ videtur illud relictū factū animo cōpensandi p̄ut aperte videtur denotare illa v̄ba testatoris ⁊ pro oī q̄d habere deberēt cōiunctim vel diuisim vel petere possent que verba vidētur euidēter demōstrare mentē testatoris q̄ ea q̄ reliquerat dn̄e Iacobe ⁊ alijs s̄. nolatis relinquebat pro eo q̄d ipsi habere deberēt vel petere possent. ⁊ sic vt quātitates relicte cōpensarent̄ cū oī eo q̄d ipsi habere deberent ⁊ q̄n testator legat vel instituit aīo cōpensandi legatari⁹ vel heres repellit̄ si vult petere illud q̄d al's petere poterat. l. creditorem. de le. ij. l. si cōpensandi. C. de hered. insti. ⁊ l. vt debitū. C. de hereditarijs actio. ⁊ l. mulier. de cōdi. insti. cū si. Et ideo dicta dn̄a Iacoba instituta in vsufructu certe quātitatis aīo. s. cōpēsandi cum eo q̄ ipsa habere deberet vel petere posset ⁊ illa petere posset suā portionē hereditatis materne videtur q̄ nō possit petere acceptando dictas quingētas libras sibi relictas nō ob. q̄ dicta portio hereditatis sit maioris estimationis per iura p̄allegata. Nec ob. si dicatur q̄ debitū erat in q̄titate: ⁊ relictū similiter erat in q̄titate et p̄pterea nō repellatur nisi vsq̄ ad concurrentē quātitatē per. d. l. impator. §. si centū cū concordātijs. q̄ r̄ndetur q̄ imo videtur q̄ neutrū p̄prie cōsistat in q̄titate. Nō eni fuit instituta in q̄ngentis libris sed in vsufructu quingētarum librarū: nec succedit matri in q̄ngētis q̄nquaginta libris. Sed in dimidia hereditatis materne a qua erat tēporaliter exclusa si ipsa ⁊ vnicus fili⁹ remāsit ex ipsa matre al's in sua virili portione f̄m numerū liberoꝝ: h̄editas aūt nō constat ex sola quātitate vel corporib⁹ hereditatis sed est quid vniuersale: q̄ est successium vniuersuz ius defuncti. l. hereditas. ff. de peti. here. ⁊ l. nihil aliud. ff. de ver. sig. ⁊ l. hereditas. ff. d reg. iu. et sic nō sumus in meris terminis. d. §. si cētū. dato tū q̄ onus iniūctū nō valeret nisi vsq̄ ad cōcurrētē quātitatē. Nihilomin⁹ satisfactū esset heredi vniuersali qui solū querit q̄ dicta dn̄a Iacoba vel eius successor nō possit petere q̄ngentas libras in testō relictas et q̄ngētas q̄nquaginta vt ex bonis maternis: nec videntur obstare rationes in p̄ūcto pro ꝯ̄ria parte adducte.

2 † Nō eni videt̄ ob. p̄ma ratio vl' exceptio q̄ istud debitū erat incognitū ipsi testatori ⁊ nū q̄ fuerit debitū in vita sua sed post mortē ⁊ p̄pterea de eo verisimiliter nō cogitauit: q̄ videtur posse r̄nderi q̄ licet nō cogitauerit in specie tū satis est q̄ in genere cogitauerit sufficit enim sciētia in genere. l. qui iure militari. de mili. testa. ⁊ no. doct. in. l. tres fratres. ff. de pac. ⁊ in. l. sub p̄textu specierū. C. d trāsac. ⁊ in. l. cū agliana. ff. eo. ti. ⁊ Bar. in. l. aurelio. §. grauis. ff. d lib. leg. ⁊ sparsim per doct. in multis iuribus. ⁊ sciētia in genere deprehēditur ex generalibus verbis p̄ut habet̄ in iurib⁹ p̄allegatis.

3 † ⁊ lz debitor tūc nō subsisteret nō videt̄ referre q̄ verbū deberet q̄d est p̄teriti imp̄fecti subiūctiui trahit̄ etiā ad futurū. l. si debitor. §. verisimile. ff. de ꝯ̄hē. emp. ⁊ l. cū certus. ff. de vino. tri. ⁊ oleo leg. ⁊ d. l. qui rome. §. augeri⁹. et pari ratiōe etiā verbū posset q̄d est eiusdē t̄pis ⁊ insuper verbū pōt sui natura h̄z tractū etiā in futurū. ff. de leg. ij. l. si ita q̄s. ⁊ no. Bar. in. l. si ita. ff. d au. et arg. leg. ⁊ in. l. qui rome. §. duo fratres. nec etiā ob. scd'a ratio seu excep. q̄ r̄nsum patet ex iam dictis ⁊ sir tertia rationi. nec etiā vidētur obstare quarta quinta ⁊ sexta rationes q̄ ex illis deducit̄ cōiectura volūtatis ipsius testatoris. Sz v̄ba ipsius testamēti videtur euidēter demōstrare certā testatoris volūtatē ⁊ incertis nō est locus cōiecture. l. ꝯtinu⁹. §. cū quis ita. de ver. obli. facit. l. ille aut ille. §. cū in verbis. de lega. iij. ⁊ l. labeo. §. idē tubero. de suppel. leg. nec ob. vj. q̄a pōt r̄nderi: vt. s̄. p̄rime ⁊ etiaz q̄ testator libere relīqt vsumfructū dictarū quingētarū librarū ⁊ sup illo vsufructu disposuit ⁊ voluit q̄ dicta dn̄a Iacoba posset ad libitū disponere ⁊ q̄ p̄cipuū haberet ⁊ sup isto vsufructu quē relīqt apposuit legē dicte dn̄e Iacobe: q̄. s. si volebat dictū relictū vsufructus illud cōpēsaret cū eo q̄ ipsa dn̄a Iacoba habebat p̄cipere q̄ sine dubio fieri pōt p. d. l. si cōpensandi. ⁊ d. l. creditorē. ⁊ l. hm̄oi. §. cū pater. ff. de leg. j. ⁊ l. si cum dotē. §. si pater. ff. so. matri. cū si. Et cuz verba id demōstrent ⁊ nihil repugnet ⁊ de mēte cōtraria nō ꝯstet standū est ipsis verbis per iura. s̄. allegata. ⁊ l. nō aliter. d leg. iij. ⁊ ex p̄dictis etiā tollitur. viij. ratio quatenus loquitur de vsufructu relicto dicte dn̄e Iacobe: quatenus aūt dicitur de p̄prietate q̄ p̄tineat ad filios dicte dn̄e Iacobe: nō deprehēditur ex verbis p̄ūcti q̄ filij dicte dn̄e Iacobe fuerint inuitati ad proprietatem vn̄ arg. non procedit.

4 † Preterea illa verba testamēti pro omni q̄d habere deberent ⁊c. referūtur nedum ad dominā Iacobam sed ad plures alios. s̄. in testamēto honoratos. nec refert si aliqui ex eis nihil haberēt cum quo posset cōpensari quia illa verba q̄ habere d̄beret ⁊ sequētia sunt cōditionalia. arg. l. stichus qui meus erit. de leg. j. vn̄ verificātur in illis personis in quibus cōditio verificatur ⁊ licet in nullis p̄sonis verificarentur non p̄pterea tollitur quin mens testatoris fuerit voluisse prouidere casu quo aliquis ex ipsis honoratis habere deberet

5 † p̄ut est natura cōditionis habere se ad esse et nō esse. p̄ut habetur in. l. cū ad p̄sens. ⁊ l. sequenti. ff. si cer. pe. ⁊ multo fortius si verificatur in aliquibus ex eis satis est licet in alijs nō verificetur cōpensatio q̄ nihil habere deberent. Nec obstāt. ix. ⁊ x. quia ille sunt p̄suasiue ratiōes nō concludentes. ⁊ r̄ndetur p̄ut. s̄. r̄nsum est ad. iiij. v. ⁊ vj. rationes. Nec etiā obstāt. xj. ⁊ xij. q̄ similiter non cōcladunt. Non eni sequitur testes estimauerūt q̄ testator ita intelligeret: ergo ita intellexit: nec etiā sequitur non dixit notario q̄ dicta Iacoba aliquod deberet habere: ergo non habuit illū animum ideo ⁊c. l. nō hoc. C. vnde cogna. ⁊ c. in presentia. extra de proba. ⁊ l. neq̄ natales. ⁊ l. ad probationē. cum si. C. eo. ti. preterea omnes dicti testes in hoc sunt singulares q̄ quilibet de se d̄ponit prout in simili dicit tex. in. c. cuz dilecti. de elec. testibus autē singularibus nō creditur vt ibi. ⁊ in. c. tam literis. de testibus. ⁊ l. iurisiu. C. eo. ti. nec etiā videtur bona r̄nsio data in p̄ūcto ad illa v̄ba mādās q̄ de bonis suis plus habere nō possint sup quo plurimū cōsistit ius p̄sentis cōsultationis: nam licet Bar. ⁊ Bal. in iuribus in puncto adductis dicāt q̄ prohibita plus petere de bonis suis nō impediat̄ petere emphyteosim que ad eam deuoluebatur vt filiā non vt heredē prohibētis quia habet vt propriā non aūt vt de bonis ipsius prohibētis f̄m eos p̄ut etiā voluit Ymo. in. c. potuit. de locato. Tamē termini nostri no vidētur esse similes: nam in terminis doctorū prohibita plus petere de bonis testatoris petebat seu cōsequebatur res in specie: nec ea occasiōe habebat aliquid cōseq̄ de bonis ipsius testatoris prohibentis: ⁊ ideo cessant v̄ba illa de bonis suis plus habere seu petere nō possent.

6 † Sed in casu nostro dicta dn̄a Iacoba debebat cōsequi a dicto testatore portionē dotis materne que ꝯsistebat in quātitate quingētarū quinquaginta librarū prout dicitur in p̄ūcto: nec est verisimile q̄ sint corpora pecunie dotalis: sed in genere seu in quantitate prout solet dari dos

cōſiſtens in pecunia vt interim maritus ipſam pecuniā cōſumat
vt ſatiſfaciat oneribus matrimonij. ⁊ ſolu. ma. tantūdē in quanti-
tate reſtituat cū hoc contingat: etiā qñ conceditur vſuſfructus pe
cunie. Nā transfertur dñiū: qꝛ vſus nō eſt ſeparat⁹ a dñio ſeu dñij
cōmoditate: ideo dꝛ vſu cōſumi. ff. de vſufr. earū rerū q̄ vſu cōſu. l.
ij. l. hoc ſenatus. cum. ll. ſequētibus. ⁊. l. qñ pecunie. Et eſt veriſimi
mile ꝙ dictus teſtatoꝛ ſucceſſerit ſuo patri qui poſt mortē ſuā ha-
bebat quātitatē dotis reſtituere. ⁊ cōſequēter dictus fili⁹ vt heres
patris veniebat obligādus dicte ſue ſoꝛoꝛi vt filie ⁊ heredi matris
niſi ſtatutū ſuſpendiſſet ſucceſſionē ipſi⁹ filie: vnde ceſſante obſta
culo ſtatuti dicta dña Jacoba ſuccedit matri vt in pūcto p̄ſuppo
nitur: et ideo eſt creditrix heredis dicti teſtatoꝛis q ſucceſſit patri
in dicta quātitate. ccccl. libꝛarū. ⁊ ꝓpterea illā quātitatē hꝫ cōſeq
de bonis ipſi⁹ teſtatoꝛis: ⁊ ideo videnť ad hūc caſum trahēda illa
verba teſtamēti mādās ꝙ plus de bonis ſuis habere nō poſſint ⁊
hoc mediū reddebat apud me hāc ꝯſultationē ſatis dubiā. ꝓpter
qđ videť qđ etiā nō ſit bona rñſio data in pūcto ad illa v̾ba teſta-
toꝛis ⁊ pꝛo oī eo qđ habere deberēt ꝯiunctim vł diuiſim vł petere
poſſent: qꝛ licet cēſerētur repetita illa verba de bonis ſuis. Nihilo-
minus vidētur poſſe verificari per. s̄. ꝓxime dicta ⁊ inſup videtur
ꝙ illa v̾ba indefinite poſita debeāt generaliter intelligi qualiter-
cūqꝫ habere deberent vel petere poſſent cū indefinita equipolleat
vniuerſali. l. ſi pluribus. de leg. ij. ⁊ ca. ſi romanoꝝ. xix. diſt. ⁊. c. ſo-
lite. de maio. ⁊ obe. ⁊. l. de p̄cio. de publiciana. cū ſimi. ⁊ ſic pꝛo om̄i
eo qđ habere deberēt ab ip̄o teſtatoꝛe de bonis ſuis vł al̄. ¶ His ta
men non ob. in ꝯ̄riū puto determinata veritas. nā licet dicta dña
Jacoba debeat illā quātitatē. cccc. libꝛarū ꝯſequi in genere ſeu in
quātitate nō in ſpecie ⁊ foꝛte tāq̄ creditrix heredū ſui patris ſꝫ cō
ſiderationē. s̄. factā: qꝛ heres heredis ⁊c. l. fi. C. de here. inſti. tñ illā
quātitatē nō dꝫ habere de bonis ipſius teſtōꝛis ꝓhibētis ꝙ plus
de bonis ſuis petere nō poſſit. Conſtat em̄ ꝙ ſatiſfactū eſſet ſibi et
ſuo credito ſi pecunia aliūde habita ſibi dareť quo caſu nihil ha-
beret de bonis ipſius teſtatoꝛis. Quinimo tertius poſſet pꝛo ipſo
debitoꝛe ſoluere pecuniā ꝓpꝛiā. ⁊ ſatiſfactū eſſet ipſi debito. l. ſolu-
tionē. ⁊ iudicium. ff. de ſolutio. ⁊. l. ſoluēdo. ff. de neg. geſt. ⁊. l. fi. ff.
de cōdi. inſti. Ex quib⁹ deduciť ꝙ ꝓpꝛie loquēdo dicta dña Jaco
ba vigoꝛe dicte ſucceſſionis materne nihil petere poterat nec ha-
bere debebat de bonis ipſius teſtatoꝛis. Sed habere debebat ⁊ pe
tere poterat quātitatē in gñe qđ in nullis bonis erat. arg. l. incen-
diū. C. ſi cer. pe. ⁊. l. in ratione. §. incerte. ad. l. fal. ⁊ ſic attenta ꝓpꝛia
vi v̾boꝝ a qua nō eſt recedendū nō poſſumus dicere ꝙ vſuſfruct⁹
dicte quātitatis. cccc. libꝛarū ſit relictus in cōpēſationē dicte poꝛ-
tionis hereditatis materne cū illam nō deberet habere nec petere
7 poſſet de bonis teſtatoꝛis ꝓhibētis per p̄dicta. † Nec ob. qđ dice-
batur qđ nō repetunť exp̄ſſe illa verba de bonis ſuis in ſequētibus
verbis ſꝫ ſimpl'r dꝛ ⁊ pꝛo oī qđ habere deberēt ⁊c. attēta natura in
definite: qꝛ rñdetur ꝓut ⁊ dꝛ in pūcto ꝙ illa qualitas de bonis ſuis
appoſita in pꝛecedēti mēbꝛo oꝛationis cenſeať repetita in ſequēti
mēbꝛo cū talis ſit natura copulatiue per. §. gaio allegato in pūcto
et qđ ibi ꝑ Bar. ⁊ per eūdē late in. l. ait p̄toꝛ. §. erit igitur differētia.
ff. vi bo. rap. facit inſti. de lege aquilia. §. hoc tñ capite. ⁊. l. nā magi
ſtratus. in fi. ff. ad. l. aql. Et maxime cum ſequēs particula oꝛ̄onis
nō ſit oīno perfecta cū nō deſignent v̾ba a quo habere deberēt vł
de quo ſeu ſup quo: ⁊ ridiculū eſſet dicere ꝙ teſtatoꝛ voluiſſet illuꝫ
vſumfru. dicte quātitatis qngentarū libꝛarū relinq̄re pꝛo oī eo qđ
habere deberet qualitercūqꝫ ⁊ a quocūqꝫ. Unde illa verba ita abſo
lute ⁊ indefinite poſita nō ſunt vllo pacto ita itelligēda vniuerſa-
liter. Sed ſunt limitāda ⁊ reſtringēda per ſuppletionē aliquoꝛum
verboꝝ vt habeat ſenſum qui cōueniat mēti teſtatoꝛis que ante
omnia eſt attendenda. l. in cōditionib⁹ p̄mū locū. ff. de ꝯdi. ⁊ dem̄.
et. d. l. nō aliter. ⁊. l. in cōuētionalib⁹. ff. de ver. ſig. Unde magis de
facili ſit repetito p̄cedentiū q̄ qñ oꝛ̄o ſequēs eſſet oīno ꝑfecta vt
depꝛehēditur ex notatis ꝑ Bar. in. l. in repetēdis. ff. de leg. iij. et cū
verba pꝛecedentia ſoleāt declarare ſequētia. l. ſi ſeruus pluriū. §. fi.
de leg. j. decet qđ illa p̄cedētia v̾ba de bonis ſuis declarent ⁊ mode
rentur illa ſequentia verba ita abſolute ⁊ nimis gñaliter poſita q̄
8 determinentur ⁊ moderenť ꝑ alia verba nullatenus exp̄ſſa. † Pꝛe-
terea videtur poſſe dici ꝙ illa verba de bonis ſuis abſqꝫ alia repe-
titiōe tāq̄ in p̄n. poſita: referanť ad oīa ſequētia. ar. l. ſi qs ex argē
tarijs. §. ſi initiū tabularū. ff. de eden. ⁊. l. iij. §. ſi filius. ⁊. ff. de libe. ⁊
poſthu. ⁊. l. talis ſcriptura. de leg. j. cū ſi. ⁊ iſta interp̄tatio ſatis cō-
gruit dictis verbis teſtatoꝛis relatis in pūcto faciendo virgulam
poſt illa verba de bonis ſuis ⁊ ſm hāc cōſiderationē erit ſenſus di
ctoꝛum verboꝝ qđ ſi aliquis ex dictis heredib⁹ inſtitutis in certis
quātitatib⁹ ōbuiſſent in aliquo ſuccedere in bonis ipſi⁹ teſtatoꝛis
ille quātitates relicte cōpēſarētur cū ea poꝛtione in qua ipſi eſſent
ſucceſſuri qꝛ cenſerētur relicte pꝛo illa poꝛtione pꝛout dicit Bal. in
ſimplici clauſula ꝙ plus petere nō poſſet in. l. ſi adulta. C. de here.
act. qđ ſaltē potuiſſet euenire ī dicta dña Jacoba ſoꝛoꝛe dicti teſta
toꝛis ſi fuiſſet inſtituta heres vniuerſalis inhoneſta perſona per. l.
fratres. C. de inoffi. teſt. ⁊. l. fratris. eo. ti. ⁊. l. j. ff. eo. ti. itē dicta v̾ba
poſſunt verficari qñ aliqua res pꝛopꝛia ipſius teſtatoꝛis fuiſſet in
ſpecie debita alicui ex dictis heredibus inſtitutis in rebus certis.
nam tunc nō poſſent illas res in ſpecie debitas petere vel cōſequi
obſtātibus v̾bis ipſius teſtatoꝛis. Et qbus euidēter demōſtratur
qđ v̾ba dicti teſtamēti de ꝓpꝛia eoꝝ ſignificatiōe nō arctāt dictā
dominā Jacobā quominus poſſit petere ⁊ ꝯſequi vſumfructū di
ctaruꝫ quingētarū libꝛarū in quo eſt inſtituta. ⁊ etiā poꝛtionē ſibi
9 cōpetentē de hereditate materna. ⁊ ſic illas. ccccl. libꝛas. † Et ideo
cum verba ſibi nō obſtēt ſunt plurimū ponderāde rationes ⁊ cōie-
cture deducte in pūcto. nam licet ille ꝓut. s̄. deductū eſt nō arctēt
neceſſario adeo ꝙ ſi verba dicti teſtamēti eſſent clara ꝓut in ꝯ̄riū
adducebā ille ratiōes ſatis perſuaſiue ad demōſtrandā teſtatoꝛis
mentē nō eſſent attēdende. Sed ſtandū eſſet verbis claris cū v̾ba
ipſa demōſtrent mētis ꝯceptū. c. ſcđo requiris. extra. de appel. qꝛ
nemo p̄ſumiť dicere niſi ꝙ mente cogitat vt. l. labeo. §. idē tubero.
10 ff. de ſuppel. leg. ⁊ in ca. is aūt. xxij. q. ij. † Unde tūc ꝓcederent que
in ꝯtrariū adduxi. verū: qꝛ verba p̄dicta ſunt equiuoca ⁊ habēt de
ꝓpꝛia ſignificatione aliū ſenſuꝫ: ideo rationes p̄dicte multū cōfe
runt: qꝛ in dubijs ſemꝑ attēdendū eſt qđ eſt veriſimili⁹: vt in regl'a
inſpicimus in obſcuris qđ veriſimili⁹ eſt in. vj. ⁊ in. l. ſemꝑ in ſtipu
11 lationibus. eo. ti. ⁊ in. c. qꝛ veriſimile. de p̄ſump. cū ſi. † Et ꝓpterea
attētis multis cōiecturis ⁊ rationib⁹ deductis in pūcto nō eſt v̾i
ſimile ꝙ dict⁹ teſtatoꝛ voluiſſet dictā dominā Jacobā arctare vt
mitteret maioꝛē quātitatē ad ſe ſpectātē ꝑpetuo ꝓ vſufructu mino
ris quātitatis attēta ꝯſanguinitate qua erat ſibi iūcta. ar. l. ꝓcula.
ff. de ꝓba. ⁊. l. ſi ſeruus cōis. ff. de do. inter virū ⁊ vxo. ⁊. l. rē alienā.
C. de leg. ⁊ attēta affectiōe. ⁊ charitate quā erga eā hēbat iuxta. l.
ſi ſeru⁹ pluriū. §. fi. ibi legatarij dignitas ⁊ charitas ⁊ neceſſitudo.
ff. de le. j. ⁊ attētis etiā meritis dicte dñe Jacobe circa laboꝛē ⁊ di
ligentiā quā habuit in infirmitate dicti teſtatoꝛis ex q̄ deſūct⁹ eſt
et in quo fecit dictū teſtamentū. attēto ꝙ legata cōiter fiūt pꝛo me
12 ritis. ff. pꝛo ſocio. l. nec adiecit. † Et multū etiā cōfert quod teſtes
affirmāt ſemꝑ ſe exiſtimaſſe ꝙ dictus teſtatoꝛ nō habuerit animū
cōpenſandi cū dicta quātitate debita dicte dñe Jacobe. naꝫ lꝫ illi
teſtes nō ꝓpterea ꝓbēt animū teſtatoꝛis tñ ſatis debēt inducere
mentē iudicis ad illud etiā eſtimādū cū iudex debeat ſemꝑ cōari
ſequi volūtatem teſtatoꝛis ꝓut venatoꝛ lepoꝛē dicit Bal. in. l. cuꝫ
quidā. C. de ſeruis neceſſarijs heredi. inſtit. ⁊ cū multi arbitrentur
illā fuiſſe teſtatoꝛis mētem ſatis eſt veriſimile illā eſſe verā ſentētiā
cum plurimoꝝ iudicio cōpꝛobetur. ar. c. pꝛudentiā. de offi. deleg. ⁊
ca. de qbus. xx. diſt. ⁊ ca. extra cōſcientiā. lxiiij. diſtin. ⁊ licet ſciētia
in genere qñqꝫ ſufficiat: nihilomin⁹ qñ eſt v̾iſimile qđ ſi habuiſſet
in ſpecie ſciētiā ⁊ cogitaſſet in ſpecie aliter diſpoſuiſſet nō videť ꝙ
illa ſciētia in genere attēdatur ꝓut in ſpecie. Sed attendatur illud
qđ fuiſſet veriſimiliter diſpoſitū ſi de eo fuiſſet cogitatū. arg. l. tale
pactū. §. fi. ff. de pac. et ꝓpterea eſt etiā multū pōderandū ꝙ pꝛout
p̄ſupponitur in pūcto dictus teſtatoꝛ nō cogitauit nec habuit no
titiam ꝙ dicta dña Jacoba deberet ꝯſequi dictā quātitatē. ccccl.
libꝛarū de dote materna. eſt em̄ veriſimile qđ ſi cogitaſſet ꝙ dbuiſ
ſet habere tantā quātitatē nō relinquiſſet vſūfru. minoꝛis quātita
tis cōpēſandū cū maioꝛi quātitate ſue ſoꝛoꝛi carnali de ſe optime
merite que ſibi erat ab inteſtato ſucceſſura ⁊ alijs attentis que ꝯſi
derātur in pūcto. cum igitur dicta dña Jacoba habeat pꝛo ſe v̾iſi
milem mentē teſtatoꝛis que ſatis depꝛehēditur ex cōiecturis pōde
ratis in pūcto ⁊ etiā habeat verba teſtamēti quibus relinq̄tur ſibi
vſuſfruct⁹ dictarū quingētarū libꝛarū ita ꝙ ſine dubio illū petere
pōt ⁊ ex altera parte habeat fundatā intentionē de iure circa illas
ccccl. libꝛas nec quominus illas petere poſſit arctāt verba teſtato
ris nec veriſimilis mēs ipſi⁹ teſtatoꝛis ergo etiam illas. ccccl. lib-
ris et ſic vtrāqꝫ quantitatē pōt effectualiter petere. Si em̄ vniuerſalis
heres obijceret de cōpenſatione facta per teſtatoꝛē habebit illam
pꝛobare argu. l. in exceptionibus. ff. de pꝛoba. ⁊. l. titie textoꝛes. de
leg. j. vnde cum illā pꝛobare non poſſit ex verbis neqꝫ ex veriſimili
mente ſuccūbet per iam dicta. Nec ob. adducta in cōtrarium. Naꝫ
ex adductis pꝛo hac parte ſatis apparet rñſum: deducebatur em̄
pꝛo altera parte ꝙ verba teſtatoꝛis euidēter demōſtrabāt ꝙ teſta
toꝛ faciebat illas inſtitutiōes in quātitatib⁹ certis animo cōpēſan
di qꝛ verba teſtamēti illud neceſſario impoꝛtabāt ſed. s̄. eſt demon
ſtratū ꝙ imo illa verba id nō impoꝛtāt ⁊ ſublato illo fundamēto
omnia in ꝯ̄riū adducta ruunt: ideo vlteri⁹ nō inſiſto. Laus deo.

¶ Summarium ſuper conſilio. cxciij.

¶ Canonicoꝝ coꝛrectione an p̄ferať pꝛioꝛ canōicoꝝ ep̄o. ꝯ totū.

1 ☞ Ep̄o eſt punire clericoꝛum exceſſus et dicitur habere iuriſdi-
ctionem generalem in ſua dioceſi ſup clericos et in clericos alteri⁹
dioceſis: in ſua tamen dioceſi delinquentes. nu. ſeq.
2 Foꝛum quis ſoꝛtitur ratione delicti cōmiſſi.
3 Juſtitie diffinitio.
4 Epiſcopus eſt caput ſue eccleſie cathedralis et matrimoniū dici-
tur contraxiſſe cum ſua parochiali eccleſia. nu. ſeq.
5 Juriſdictionem habent pꝛelati in eos quibus pꝛeſunt. nu. 11.
6 Argumentum ab ethimologia vocabuli eſt validum in iure.
7 Cōſuetudo longi ⁊ longiſſimi tēpoꝛis habetur pꝛout pꝛiuilegiū.
8 Similium eſt idem iudicium.

Conſuetudines

9 Consuetudines trahuntur de similibus ad similia.
10 Consuetudo est optima legum interpres.
11 Priori canonicorū est correctio delinquentiū canonicorum in primo loco siue sit ex priuilegio siue ex cōsuetudine. fallit si sint negligentes: quia tunc episcopus potest punire delinquentes.
12 Canonici debent potius obedire eorū priori quā epō. nu. seq.
13 Episcopus non potest cōtramandare ꝙ canonicus exeat de claustro vbi per priorem fuit prohibitus egressus.
14 Consuetudo legitime prescripta. iiij. annis derogat iuri positiuo.
15 Dominus est quilibet in suo territorio quātūcūqꝫ paruo ⁊ maior longe maiori alterius territorij. idem in indice.
16 Appellari an possit a correctione. nu. seq.
17 Appellationes friuole que dicantur.

¶ Consilium. cxciij.

1 **IN nomine dñi nostri iesu** Christi. ¶ † Pro decisione primi dubij ⁊ quorūdā aliorū dicte cōsultationis. primo premittēdū est ꝙ eps de iure cōi habet corrigere et ad ei⁹ iurisdictionē spectat punire excessus omniū clericorū de diocesi sua: vt in. c. cū cōtingat. de fo. cōpe. ⁊ c. j. de offi. ordinarij. vbi dicit tex. ꝙ habet liberā ptātem scelera inquirere ⁊ iudicare absqꝫ impedimēto alicui⁹ ⁊. xxxv. q. vj. eps in synodo. ⁊ c. irrefragabili. in prin. de offi. ordi. cū simi. Habet eñ iurisdictionē generalē sup tota sua diocesi tāq̄ caput ipsi⁹. c. cū persone. de priui. lib. vj. ⁊ c. cum nō liceat a capite mēbra discedere. de pscri. et. c. vt animarū. in prin. ⁊ §. statuto. de cōsti. lib. vj. epi eñ tāq̄ primates habēt vniuerso gregi attēdere: qꝛ spūsctūs eos eposposuit vt ecclesiā dei regerēt. actuū aplorū. xx. c. ⁊. xciij. dist. legibus. ⁊. xxv. dist. ecce ita ꝙ nō est dubiū ꝙ de iure cōi est fundata intētio ipsi⁹ epi in corrigēdo vniuersos clericos sue diocesis de excessib⁹ p eos 2 cōmissis. † Quinimo etiā clericos alterius diocesis dlinquētes in sua diocesi pōt punire ⁊ cōtra eos inqrere eosqꝫ cōdēnare vt est expressum in. c. postulasti. de fo. cōpe. ⁊ in. c. vlti. eo. ti. ⁊ in ca. placuit. ij. q. iij. put ⁊ iudex sclaris inquirit cognoscit ⁊ sentētiat cōtra nō subditos delinquētes in suo territorio. l. j. ⁊. ij. ⁊ auf. qua in prouincia. C. vbi de crimine agi opꝫ. scdo est pmittendū ꝙ licet eps cēseatur caput totius diocesis ⁊ illi de diocesi cēseanf mēbra vt in. d. c. cum nō liceat. ita ꝙ nō sit parua cōio inter epꝫ ⁊ subditos diocesanos tñ longe maior cōio est inter epm ⁊ canōicos ecclie cathedralis vt dicit tex. in. c. reqsisti. versi. qñ nō est tāta cōio inter epm ⁊ capellas quāta est inter epꝫ ⁊ ecclesiā cathedralē extra de testamētis ⁊ faciūt vnū corp⁹ eps ⁊ capitulū canonicorū ecclesie cathedralis. vt in. c. nouit. de his q̄ fiunt a plato sine consen. capituli ⁊ est bon⁹ tex. cū gl. in. c. cū clerici. de ver. sig. ⁊ facit. xij. di. nō dcet. ⁊. xv. q. vij. eps cōtrahit eñ eps cum ecclesia cathedrali cuius appellatione capitulum cōtinetur. d. c. cū clerici. d. c. reqsisti. ⁊ in. c. quāto. ⁊ in. c. lꝫ. de trāslatione platorū in qb⁹ dictū spūale cōiugiū qd est inter epm et ecclesiā cathedralē cōparaf carnali mrimonio qd est inter virū ⁊ vxo. et ppterea maior debet esse subiectio put maior est cōiunctio inter canōicos ⁊ epm quā inter alios de diocesi ⁊ epm. Et idcirco multomagis debet eps corrigere ⁊ punire canonicos delinquētes qb⁹ magis spālr preest tanq̄ spāle eorū caput q̄ alios de diocesi. arg. dictorū iuriū. ⁊ c. irrefragabili. in prin. ⁊ c. cū ab ecclesiarū psonis platis. de offi. ordi. Ex qbus videf qd de iure cōi sine dubio sit fundata intētio epi tanq̄ gñalis ⁊ spālis plati ipsorū canonicorū. Nec videf ꝙ verba priuilegij cōcessi dicto caplo habeant in aliq̄ obstare iurisdictioni dicti epi. Nō eñ ob. illa verba dicti puilegij a papa Gregorio cōcessi sub. M. cc xxix. sub beati petri ⁊ nostra ptectione suscipimus qꝛ dicta verba nō inducūt exēptionē vt pbatur in. c. recepimus. ⁊ in. c. ex parte. el. ij. extra de priuile. vbi casus nisi aliud adijciaf puta ꝙ ad indiciū pcepte libertatis cēsus exsoluaf vel qd simile vt est expressum. in tex. ⁊ gl. in. d. c. recepim⁹. vbi habetur per glo. ⁊ doc. qd operenf illa verba sub beati Petri ⁊ nostra ptectione suscipimus. alia aūt verba sequētia cōfirmāt eis bona q̄ possidebāt vel poterāt adipisci in specie aliqua exprimēdo. deinde in ver. libertates cōfirmant libertates ⁊ immunitates ab epo eugubino eis indultas p que etiā verba nō vr cōcessa exēptio qꝛ indulta dicti epi nō cōcedebāt dictā exēptionē. confirmat etiā antiquas rōnabiles ecclesie cōsuetudines antique in pñtiarū nō apparēt nec verisilr pbari pñt: cōfirmat etiā alia q̄ nō pertinent ad rem nostrā. Nec alia verba sequētia multū cōferūt ad ppositū in derogationē 3 iurisdictionis epi. † Quinimo circa finē dicti priuilegij videf cōfirmari iurisdictio epi in vbsi. salua sedis aplice autoritate ⁊ epi vestri canonica iustitia: iustitie aūt habet inter cetera hoc preceptū. s. ius suū cuiqꝫ tribuere. l. iustitia. §. iuris pcepta. ff. de iusti. ⁊ iu. Est eñ iustitia cōstās ⁊ ppetua volūtas ius suū vnicuiqꝫ tribuēs vt eadē l. in pn. cū ergo canones cōcedant epo iurisdictionē in singulos de diocesi. Et maxime in suos canonicos ergo inter cetera canonica iustitia epi est qd ius seu iurisdictionis sibi cōseruef ⁊ cōñr habeat in ipos canonicos iurisdictionē quā canones sibi cōcedūt. ⁊ sic illa verba salua epi vestri canonica iustitia videtur reseruare ipsi epo iurisdictionē quā de iure cōi habebat in dictū caplm ⁊ canonicos predictos. ⁊ ideo cū. s. deductū fuerit ꝙ sine dubio eps possit corrigere excessus canonicorū videf ꝙ per dictū priuilegiū nō derogetur in aliquo sue iurisdictioni imo saluef per verba. s. pxime pō-4 derata. † Nec videf ob. ꝙ dicti canonici sunt de regula scti Augustini ⁊ regula pdicta videf velle ꝙ pfitētes illā regulā obediāt eorū pposito ⁊ ab eo corrigantf de eorū excessib⁹: merito dicaf ꝙ sint corrigendi ab eorū priore qui est eis ppositus. nam ad hoc videf rñdēdū ꝙ eorū caput ⁊ plat⁹ est ipse eps qꝛ ipse preest tāq̄ caput in ecclesia cathedrali in qua ipse tāq̄ caput ⁊ ceteri tāq̄ mēbra faciūt vnū corpus vt. s. dictū p. d. c. nouit. ⁊ id dicta vba dicte regule dū loquunf de pposito verificenf in ipso epo q est pncipalis ppositus in ipsa ecclia cathedrali. Et maxie hoc vr demōstrari circa finē dicte regule. i. xlj. c. vbi dr pposito tanq̄ pri obediaf multo magis presbytero q omniū vestrū curā hꝫ: eps eñ. de necessitate est presbyter et hꝫ curā omniū etiam ipsi⁹ prioris: ergo sibi magis quā priori est obediēdū. facit etiā sequēs. c. xlij. vbi disponitur ꝙ id qd emēdādū vel corrigēdū est ad curā ppositi pcipue ptinet subdendo ita presbytero cuius apud vos est maior autoritas ꝙ modū vl vires ei⁹ excedit subdēdo in. xliij. c. ꝙ ipse q vobis preest corripiat inquietos: disciplinā libēs habeat metū imponat ⁊c. vñ ipse qui preest ⁊ maioris est autoritatis put est eps i ecclia cathedrali habeat fm regulā inquieto ⁊ corrigere metū imponere. ⁊ sic corrigere delinquētes put videntur innuere vba dicte regule que ideo forte nō faciūt de epo mētionē: qꝛ nō oēs canonici regule scti Augustini habēt sedē epalē ⁊ alij de dicta regula multomin⁹: id forte de epo in specie nō subnectit nisi in genere tanq̄ de prelato ⁊ 5 maiori psbytero. † nec etiā vr obstare si dicaf ꝙ plati habēt iurisdictionē in eos qbus psunt: vt in. c. cū ab ecclesiarū platis. de offi. ord. et in. c. quāta. eo. ti. vbi loqtur de monachis et canonicis regularibus ꝙ ipsi primo habeāt corrigi ab eorū spālibus platis dem ū ab epo seu archiepo qui eps vel archieps in subsidiū habēt negligētia prelatorū supplere. ⁊ ibi hoc late ponif p doc. Ad hoc etiaꝫ qd habef in. c. cū ecclesijs. de maio. ⁊ obe. Vbi expsse decidif ꝙ canonici habēt suo priori obedire ⁊ nō obediētes ibi per porē excōicanf: qꝛ rñdetur ꝙ qcqd sit de monachis qbus nō sunt regulariter abslles canonici regulares. c. ꝙ dei timorē. de statu mona. ⁊ cōsequēter de ipsis canonicis regularibus q nō sunt de caplo ecclie cathedralis in qbus pcedunt dicta iura ⁊ silia. Tamē in canonicis ecclie cathedralis qbus in specie preest ipse eps qui est de eodē corpore cū ipsis canonicis in specie: vt. d. c. nouit. et. s. dictū est: nō videntur pdicta pcedere in alio plato quā in ipso epo qꝛ ipse est pprie plat⁹ ecclesie cathedralis dato ꝙ i ecclia ipsa alij fortasse sint qui possint dici seu dicātur plati: aliud ē eñ esse platū ecclie aliud est esse platū in ecclia vt no. gl. no. in verbo in ijsdē. in cle. j. de etate ⁊ quali. quā doc. ibi sequūtur: vnde dictū capitulū cuꝫ ab ecclesiarum platis loquēs de plato ecclesie nō vēdicat sibi locū in eo q nō est platus ecclie: licet sit platus in ecclesia: puta prior archipsbyter ⁊ hmōi qui nō presunt ecclie cathedrali cui preest eps qui cū ea cōtraxit cōiugiū spūale. d. c. quāto. ⁊ d. c. licet. ⁊. d. c. reqsiti. ⁊ ppterea dictuꝫ. c. cū in ecclesijs intelligi pōt in eo priore qui est principalis spālis platus sue ecclesie nō in priore ecclesie cathedralis: ⁊ dato qd de priore ecclie cathedralis loqretur pōt intelligi qd loquaf in his in qbus ceteri canonici habēt sibi obediētiā prestare non tñ ita qd derogef in aliquo iurisdictiōi epi quominus ⁊ ipse principaliter ⁊ immediate possit suos canonicos ⁊ corripere ⁊ excōicare: nam et archidiaconus habet iurisdictionē in subditos epi vt i. c. ad hec. ⁊ quasi p totū. de officio archidiaconi. ⁊ tñ cōstat qd in nullo drogaf iurisdictioni epi: silr ⁊ archipresbyter iubet canonicis i his que ad eius officiū pertinēt: vt in. c. officiū. de officio archipresbyteri. ⁊ in c. j. eo. ti. Et tñ etiā in illis que ad eius officiuꝫ pertinent habet ipse eps potestatē in specie vt ibi ⁊ in. c. ministeriū. eo. ti. ⁊ silr dictuꝫ. c. quāta. videtur intelligendū in priore nō ecclesie cathedralis. Nam absonū videref dicere ꝙ eps nō posset regulariter suos canonicos ad claustrū reducere nisi in subsidiū post negligentiā prioris. Cuꝫ igitur scim⁹ in canonicis ecclesie cathedralis in qua eps est spāle caput. d. c. nouit ⁊ cū qua habet maiorē cōionē quā cū ceteris monasterijs vel ceteris locis pijs. d. c. requisisti. qꝛ cū ea cōtraxit spūale coiugiū vt sepius dictū est ⁊ faciūt vnū corpus ⁊ canonici. d. c. nouit. videf qd ipse eps habeat facultatē corrigēdi dictos canonicos ⁊ eorū excessus puniēdi pncipaliter ⁊ immediate. Nō aūt dūtaxat in subsidiū nec aliqs sane mētis dd hoc aliquā faceret hesitationē si nuliū psupponeretur indultū nec aliquā consuetudinē in cōtriū put ⁊ pbatur in. d. c. irrefragabili. §. excessus. ar. sumpto a spāli qd est licitū in iure. l. j. ff. ad muni. ⁊. l. j. C. de thesauris lib. x. cū si. Sed dicta indulta que adducūtur nō vidētur in aliquo derogare iurisdictioni dicti epi in hac parte merito stemus iuri cōi. ⁊ sic qd ad ipsū epm principaliter ⁊ spālr spectet correctio suorū canonicorū ⁊ punitio excessuuꝫ eorūdē. Nec obstare videf qd in puncto psupponif circa cōsuetudinē: nam psupponif cōsuetudo qd mēse sint diuise nō aūt ꝙ diuise sint iurisdictiones. videf eñ qd mēsa ⁊ iurisdictio sint res penit⁹ separate ⁊ separatorū nō est illatio. l. fi. d calū. ⁊. l. si maritus. C. de do. inter virū ⁊ vxo. ⁊. l. naturaliter. §. nihil cōmune. ff. de

sequi.pos.sperātio eñ mēse videt denotare q sumptus sint sepa-
6 rati ꝛ separatim viuāt quo ad mēsā:† ꝛ ideo separata habeāt bo
na que ad mēsaz sunt necessaria inherendo etymologie vocabuli
a qua validū sumitur.arg.insti.de dona.§.est aliud.ff.de ver.sig.l.
tugurij.facit qd no.Jo.an.in.c.ad audiētiā.ꝛ in.c.possessiones.de
reb.eccle.nō alie.ꝛ per.d.Nico.in.c.pe.de dona.vbi tangūt que bo
na sint de mēsa ꝛ per gl.in cle.frequēs.de exces.prela.ꝛ ideo nō vi
detur sequi est diuisa mēsa inter epm ꝛ capitulū:ergo capitulū est
exēptū ꝛ segregatū a iurisdictiōe epi.et sic remanere videtur firma
cōclusio pro epo vt libere possit iustitia mediāte excessus canoni-
corū corrigere.¶ His tñ nō ob. ɔtriū videt de iure rñdendū:nam
licet fatēdū sit q de iure cōi correctio canonicorū et punitio exces
sus ptineat ad epm:tñ in casu nostro videt q ptineat primo loco
ad priorē:nam videt q dictus eps nō preest spālr ipsis canonicis
nisi quatenus preest alijs ecclesijs collegiatis sue diocesis nō exē-
ptis:non eñ dico q canonici sint exempti a iurisdictione epi sꝫ q
sunt segregati ab eo tāq ab eorū spāli capite:sꝫ subsunt tanq ge-
nerali capiti totius diocesis iuxta.d.c.cū nō liceat.de pscrip.ꝛ.d.c.
cum psona.de priuile.lib.vj.ꝛ.d.c.j.de offi.ordi.cū infinitis simi.qd
demōstrat ex eo qꝛ dicti canōici in oībus eorū negotijs collegiali
bus se ɔgregāt ꝛ actus expediūt collegialiter absqꝫ epo ꝛ in eligē
do canonicos ꝛ in ɔferēdo bñficia sibi subiecta ꝛ in alienationibꝫ
si quas faciūt de bonis dicte ecclesie ꝛ in alijs cōtractibꝫ quos fa-
ciūt noīe capituli ꝛ insup si quid relinqtur eorū capitulo seu eoruz
eccl'ie scti Mariani illd ipsi collegialiter capiūt seu ad id deputa
ti per eorum capitulū absqꝫ eo q in aliquo interuenietc eps ꝛ sīlr in
ceteris eorū actibus prior pfatus tanq eorū caput cōuocat caplꝫ
et ei preest sine interuētu vel cōmissione epi nisi in casibus in qbꝫ
requirit autoritas seu cōfirmatio supioris puta in alienatiōe rei
ecclesiastice put habetur in.c.j.ꝛ.ij.de reb.eccle.nō alie.in.vj.et.xij.
q.ij.fine.cū simi.quo casu eps interuenit put in actibꝫ aliarū eccle
siarū.ꝛ sic nō tāq spāle caput ꝛ ecōuerso eps in his que ptinēt ad
epatū gerit negotia sua absqꝫ capitulo ita q capitulū nō solet in
teruenire nec requiri ꝛ qñ capitulū ꝛ eps faciūt vnuz corpꝫ put est
regulare.vt in.d.c.nouit eps ardua negotia nō possit neqꝫ debeat
absqꝫ caplo expedire:vt in.d.c.nouit.ꝛ in capitulis sequētibus.ꝛ
in.c.j.ꝛ.ij.ꝛ quasi per totū.de his q fiunt a pla.sine cōsen.ca. ita q
eps in eius negotijs nō gerit se tāq spāle caput dicti capituli nec
capitulū in eius negotijs gerit se tanq eps sit de eoꝝ capite vl'de
7 eoruz corpore.† Sed vtraqꝫ pars in suis negotijs explicādis ꝛ in
oībus se hactenus habuerūt tanq corpora sepata lōgo;ꝛ lōgissi-
mo tpe intm q nō extat memoria in ɔtrariū ꝛ ɔsuetudo toti tēpo
ris operatur put priuilegiū.l.j.in fi.ff.de aqua plu.arcen.vbi velut
iure impositā seruitutē ꝛc.et in.l.hoc iure.§.ductꝫ aque.ff.de aqua
quotidiana ꝛ estiua.ibi ɔstituti loco habetur.ꝛ iō.c.sup qbusdā.ꝛ
in.c.qd per nouale ꝛ qd in eis p Inn.ꝛ doct.ꝛ in.c.j.de pscrip.lib.
vj.ꝛ ppterea videt q dicti eps ꝛ capitulū dicte eccl'ie scti mariani
sint adeo separati q nō faciāt vnuz corpꝫ ꝛ duo corpora separata
prout ipse eps ꝛ alie eccl'ie collegiate sue diocesis.ꝛ sic sint separati
non solū quo ad mensam sed etiā quo ad alia ita q in hac parte sit
8 redacta ad similitudinē aliarū eccl'iarū collegiatarū.† Et ppterea
de ipso capitulo ꝛ eorū eccl'ia quatenꝫ ad eos spectat iudicādū vi
detur put de alijs ecclesijs collegiatis dicte diocesis cū de similibꝫ
idē sit iudiciū.c.inter ceteras.de rescrip.ꝛ.l.nō possunt.ff.de.ll.ꝛ.c.
9 inter corporalia.extra de trasla.pla.† ꝛ etiā ɔsuetudines de silibꝫ
ad similia trahūtur vt est expssuz in.l.de qbus in fi.ff.de.ll.ꝛ audio
q nedum apud Eugubiū sꝫ etiā in alijs diocesibꝫ vicinis est simi
lis inueterata consuetudo ꝛ in specie in supradicta diocesi eugubi
na:ꝛ licet vba puilegij qd ostēditur nō arctēt ad predicta. Tamē
qꝛ aliqua vba in dicto priuilegio inserta id aliqualiter sonare vidē
tur ibi dum dicit libertates insup ꝛ immunitates ꝛc.et etiā quate
nus dr in versi.clericos vo siue laicos ꝛc.repiēdi facultatē liberā
vobis cōcedimus dictū priuilegiū est per cōsuetudinē latiꝫ inter-
pretatū q al's citra cōsuetudinē rñdedū fuisset vigore forte eorū q
cōcedūtur in dictis versi.ꝛ illorū verborū sub beati Petri ꝛ nostra
ptectione que verba licet in dubio ꝛ regulariter exēptionē nō im-
portēt tñ qnqꝫ importāt exēptionē si ex alijs circūstātijs ea demō
strat intētio rescribentis vt patet in.c.recepimꝫ.ꝛ in in.d.c.ex par
te.ꝛ sic varias recipiūt dicta verba interptatiōes.nō ergo mirū si
in casu nostro dicta verba specialē recipiāt interptationē ꝛ ex alijs
que in specie dicto capitulo cōcedūtur in qbus spāliter cōcessis ab
epo segregātur:tum maxime vigore cōsuetudinis antiqssime inde
forte origine trahētis q put in expressis sunt ab epo separati ita
ꝛ gnaliter in oibus.ita q dicta verba sub beati Petri ꝛ nostra ꝛc.
ꝛ alia que i dicta bulla cōtinētur importāt q dictū capitulū ꝛ ipsi
de capitulo sint ab epo liberati et exēpti tanq ab eorū spāli capite
et in hoc libertatē recipiāt ꝛ immūitatē:adeo q ab hmōi speciali
capite sint liberi ꝛ immunes.nō tñ tāq ab eorū gñali capite ꝛ hoc
respectu etiā in terminis nostris dicta verba nō importāt exēptio
nē ꝛ verificentur etiā in nostris terminis.d.c.precepimus.ꝛ.d.c.ex
10 parte.† Et ita sit interpretatū per cōsuetudinē dictū priuilegiū cū
cōsuetudo sit optima interpres.l.cū de interpretatione.ff.de legi-
bus.ꝛ.c.cum dilectus.extra de cōsue.nec fuit oīno extranea dicta
interpretatio attēto q in cōcessione quā facit eps continet q ipsi
de caplo possint libere sibi eligere priorē:ꝛ indulto sedis aplice cō
cedatur libera facultas recipiendi canonicos:q sunt de magis ar
duis que incūberēt ipsi caplo:vñ attēto q in pdictis ꝛ etiā in bo
nis ꝛ in mēsa sunt separati nō mirū si mens cōcedētiū p cōsuetudi
nem interpretat q fuerit qd in oibus separarent ipsum capitulū
ex vna parte ꝛ eps ex altera.ꝛ ppterea mixtim vigore dicti indulti
ꝛ dicte inueterate cōsuetudinis inducta fuerit hec sepatio vt capi-
tulum ꝛ eps nō faciāt vnū spāle corpus:sed prior sit caput ipsius
capituli:adeo q ipse velut caput ꝛ canonici velut mēbra integrū
corpus ɔstituāt pro quo satis cōfert:qꝛ Gregorius in dicto indul
to statuit q qcūqꝫ bona ipsa ecclesia scti Mariani tūc possidebat
aut in futurū poterit adipisci firma ipsi priori ꝛ canonicis eorūqꝫ
successoribꝫ et illibata permanerēt. Que verba importāt q bona
ipsius ecclesie sint ppria ipsorū prioris ꝛ canonicorū tam pñtia q
futura:ex quo dat intelligi q ipsi prior et canonici faciūt integrū
corpus ipsiꝫ eccl'ie absqꝫ epo ꝛ appellatione eccl'ie scti Mariani
prout psonas respicit ipsuz caplm veniat ꝛ nō eps.ꝛ sic eps nō sit
de corpore ipsiꝫ ecclesie.qd multū cōfert ad suprascriptā interpre-
tationē. ꝛ dato sine piudicio qd vba dictorū indultorū a summo
pōtifice Gregorio ꝛ a dicto.B.epo eugubino nō possēt trahi ad
hmōi separationē generalem tñ satis videtur iuuare dicta cōsuetu
do cuius initij memoria nō extat q potuit originē traxisse ex alio
priuilegio vel indulto qd pōt nō apparere. Et maxime cū in prin-
cipio dicti indulti a Gregorio cōcessi fiat mētio q a pluribus pde
cessoribꝫ summis pōtificibus fuerat ita ecclesia scti Mariani sub
beati Petri ipsorū ptectione suscepta.in quibꝫ susceptiōibus pdi-
ctorum poterāt talia verba contineri.qd de facili fuit nō immerito
dicta cōsuetudo inducta. Ex quibꝫ videtur hec cōclusio eliciēda q
eps ita debeat se habere ꝛ eā iurisdictionē exercere in dictū capitu
lum ꝛ ipsum priorē ꝛ canonicos dicte ecclesie scti Mariani put se
habet ꝛ qualē iurisdictionē exercet seu exercere debet circa ꝛ super
alios regulares collegiatos sue diocesis cū illis nō sint assimiles in
hac parte dicti prior ꝛ canonici per iā dicta.vñ est videndū in alijs
ecclesijs collegiatis qualē iurisdictionem habeat ipse eps ꝛ certe lꝫ
eps habeat generalē iurisdictionē in oēs de sua dioc esi tam regu-
11 lares q sclares.† Tñ prelati ecclesiarū collegiata ū habēt spālez
iurisdictionē in illos de suo collegio.vt in.d.c.cū ab eccliarū.ꝛ.d.c.
quāta.ꝛ.d.c.cū in ecclesijs.ꝛ.xxv.dist.plectis.ꝛ de appel.repensibi
lis.ꝛ.xj.q.i.ca.experientie.ꝛ ca.si quid fratribus.ꝛ.ii.q.i.nemo.et
de eo qui furtiue ordi.susce.c.j.ꝛ per glos.si.et doct.in.c.decerni
mus.de in. Et qꝛ ipsi prelati dictarū ecclesiaꝝ habēt curā ꝛ iurisdi
ctionē spālem magis in specie ad eos spectat correctio suorū colle
giatorū q ad epm.arg.regule generi.in.vj.cū cōcor.ꝛ lꝫ in hoc ca-
su per illā specialē iurisdictionē non deroget simpliciter generali
iurisdictioni epi. Tñ derogatur in aliquo qꝛ primo est obediendū
per ipsos subditos epi speciali plato q epo generali plato put cō-
cludunt Vincentiꝫ.Jo.an.Jo.de imo.ꝛ.d.Nico.siculus in.d.c.cū
ab ecclesiarū.ꝛ.d.c.quāta.ꝛ facit qd habetur in.c.pastoralis.de of.
ordi.ad hoc.c.q resistit.xj.q.iij.cū ibi no.ꝛ.viij.di.que contra mo-
res.ꝛ ppterea priꝫ ad platū specialē pertinet correctio ꝛ punitio et
in subsidiū ptinet ad epm vt pbat tex.in.d.c.quāta.ꝛ ibi hoc not.
cōiter doc. Ideo abbas habet punire suos monachos ꝛ non eps
vbi abbas vult ꝛ pōt corrigere vt ibi pbatur put ꝛ ibi doc.omnes
cōiter not.ꝛ facit.c.j.de statu monachorū.cū ibi no.ꝛ idē dicendū
est in canonicis qꝛ canonici regulares puniūtur ab eorū priore vt
est in.c.cum in ecclesijs.de maio.ꝛ obed.vbi etiā doc.no.ꝛ est in eis
eadē ratio q in monachis put habet in dictis iuribus ꝛ regulari-
ter monachi et canonici regulares eqparant.vt in.c.q dei timorē
et qd ibi p Jo.an.ꝛ doc.de statu mo. Ubi habetur q canonici re-
gulares eqparātur monachis in his in quibꝫ de iure reperiunt di
uersa spālr statuta.ꝛ ppterea cōcludūt doc.q si monahi vel cano
nici sunt corrigēdi fm regulā q correctio ptinet primo loco ad spe
cialē platū.ꝛ sic ad abbatē vel priorē. si vero veniūt aliter crimina-
liter puniēdi in grauibꝫ in quibꝫ venit imponēda pena depositio
nis vel maior.ꝛ tūc punitio spectat ad epm nō ad abbatē vel prio
rē.xix.di.si quis monachus.ꝛ.xviij.q.ij.monasteriū.si vo excessus
est leuis ita q venit imponēda pena minor depositione tūc puni-
tio spectat ad spālem prelatū.ꝛ sic ad abbatē vel priorē: vt in.d.c.
quanta.ꝛ in.d.c.cū in ecclesijs.ꝛ in.c.cū in singulis.ꝛ in.c.ea que.de
statu monachorū.ꝛ primo spectat ad ipsum speciale platū quā ad
epꝫ per.d.c.quāta.ꝛ ibi p doct.ꝛ maxime per.d.Nico.siculū qui
hoc firmat ibi.d.c.cum ab ecclesiarum.ꝛ ipso negligēte correctio
etiā in his leuibus ptinet ad epm vt in.d.c.quāta put ꝛ no.doc.ibi
et in similibꝫ.s.adductis. Ex quibus interminis nostris eliciēda
est cōclusio q ad dictū priorē ptineat primo loco correctio ꝛ puni
tio suorū canonicorū ꝛ nō ad epm nisi in subsidiū nisi scimus in ex
cessibus grauibus in qbus veniret imponenda pena depositionis
vl' maior per iam dicta. Et hoc maxime ꝛ sine dubio dicendū esset
si extat cōsuetudo q excessus dictorū canonicoꝝ ɔsueuerit corrigi
per priorem vel per capitulū:nā tūc tali cōsuetudini stādū fuisset
etiam si

14 sed integra sua dimidia collata tñ dote per.s̄.dicta.† Restat ergo solū deuenire ad primū quesitū super quo licet possit instari q̄ dicta mora ꝛ negligentia.vj.vel.vij.annoꝝ in quibus.d.dña Cassandra fuit negligēs i adeūdo hr̄ditatē vel petēdo bonoꝝ possessionē sed permittēdo eius fratrem pacifice omnia possidere: q2 nedū per lapsum tot annorū lʒ ꝑ lapsum anni vr̄ induci quedā tacita repudiatio per tex.ad hoc notabilem in.l.si impubes.§.fi.ff.de carbo. edic.de quo Bar.facit festum ibi ꝛ in.l.ij.C.de postu.here.insti.et in.l.filio preterito.ff.de iniusto testa.concludens in dictis iuribus q̄ filius cui delata est hereditas ab intestato tacendo ꝑ annū cēsetur nolle succedere: adeo q̄ succedūt hr̄des scripti in testō quasi voluntate filij.dicit ibi gl.ad hoc etiā tex.in.l.lʒ.C.de iure delib. quatenus dicit q̄ ignorans hereditatē nō excluditur lapsu tpis. ergo a contrario sciens excluderetur cū argumentū a contrario sit fortissimū in iure.l.j.§.huius rei.de offi.eius cui man.est iurisdictio.ꝛ c.cum appel.de his que fiunt a maio.parte capl'i.cū simi. Recusatur enim hereditas non solum verbis ꝛ sic expresse: sed etiam tacite.l.recusari.ff.de acqui.here.prout enim hereditas aditur solo animo qualitercunq3 appareat.l.pro herede.et.l.gerit.ff.de acqui.here.ꝛ.l.si auia.C.eo.ti.ita ꝛ repudiatur sola voluntate. demōstrata ex tanti temporis negligentia et permittēdo fratrem possidere integram hereditatem seu integre omnia bona hereditaria cum cōtrariorum sit eadem disciplina.l.ꝛ si contra.ff.de vulga.ꝛ pupil.et

15 l.si ex toto.ff.de leg.j.ꝛ.l.nec manifestus.ff.de fur.†.cū ꝛ al's videamus q̄ ex nō facto et ex taciturnitate inducatur aditio vt in marito qui superstitibus filijs post mortem non reddidit dotem existentem in pecunia prout tradit Bar.in.l.gerit.ff.de acqui.here.ꝛ in.l.non hoc.C.vnde legiti.argu.l.si peculium.§.sicut.ff.de pecu.lega.qd et voluit idem Bar.in sua disputatione que incipit: debitor in diem. Et maxime hoc videtur coniecturandū cum possideret dicto tēpore frater carnalis.d.dñe Cassandre bona hereditaria. vnde videtur de facili sumi posse cōiecturā qd ideo nō adiuerit hereditatē eo quia voluerit hereditatem recusare vt consuleret fratri cum inter personas cōiunctas de facili presumatur animus liberalis et nedum presumitur animus dimittendi rem adhuc nō quesitam prout contingit in casu nostro sed etiam remittendi vel donādi iam quesitam.l.procula.ff.de proba.ꝛ.l.si seruus.ff.de dona.inter virum ꝛ vxo.ꝛ per Barto.in.l.que dotis.ff.solu.matri.

16 ¶ † Tamen his nō obstan.res est indubia qd ex his nō censetur repudiasse hereditatē seu ab illa se abstinuisse: nam lʒ per lapsum anni sit preclusa via succedendi de iure pretorio.l.emancipata.C. qui admit.et.l.j.§.largius.ff.de succes.edic.ꝛ ideo per lapsuʒ anni possit censeri omisisse bonorum possessioneʒ cum ab illa sua negligentia excludatur: tamen non excluditur a facultate succedēdi de iure ciuili: cum ius ciuile producat iura perpetua.arg.l.sicut.et.l. omnes.C.de prescrip.xxx.vel.xl.anno.ꝛ ideo ius adeundi ꝛ immiscendi non tollitur anno nec longo tpe.dicit tex.in.d.l.licet.et exclusus a bonoruʒ possessione ꝛ sic a facultate succedēdi de iure pretorio non excluditur a facultate succedendi de iure ciuili.lege suā. eo.tit.ideo lapsus anni non precludit etiam scienti viaʒ adeundi vel immiscendi hereditatis vt.l.cum antiquioribus.C.eo.titu. Et ita tenent Bar.Bal.Ang.ꝛ communiter omnes in dictis iurib9 et vbiq3.maxime in.d.l.licet.et.l.filio ꝑterito.ff.de iniusto te.ꝛ in.l. posthumo.C.de bonorum possessione contra tabulas.et in.l.ij.C. de pōsthu.here.insti.ꝛ in terminis ꝓprijs decidunt Bar.et Pau. de cast.in.d.l.licet.q̄ si sunt duo fratres ꝛ vnus possidet longo tēpore bona paterna tanq̄ solus dominus altero fratre sciēte ꝛ patiente non per hoc censetur recusasse hereditatem nec excluditur a successione: ꝛ sic res est luce meridiana clarior q̄ per dictū lapsuʒ temporis.d.domina Cassandra non est exclusa a iure successionis paterne: et potest se immiscere hereditati paterne.ꝛ est aduertendum q̄ si expresse recusasset et non excessisset annum.xxv.sue etatis posset nihilominus hereditatem patris adire per tex.in.l.fi.C. de repu.here.multo fortius tacens.ipsa autem tacens poterit etiā post dictam etatem perpetuo donec elapsum est spacium triginta annorum a die delate hereditatis.† Nec obstant adducta in cō-

17 trarium.et primo non obstat.d.l.si impubes.§.querituꝛ.quia dato q̄ procederet intellectus Barto.tamen loquitur quando est factum

ctum testm̄ qd̄ de iure subsisteret nisi obstaret ꝑteritio filij. illo em̄ casu Bar. vult ꝙ ꝑ lapsum anni censeatur approbasse testm̄ et recusasse hereditatē oī iure: quo casu concurrit fauor vltime volūtatis sicut al's in. l. j. C. de fideicōmissis.† Itē cōcurrit pietas q2 piū est exequi volūtates defunctorum. l. cū quidā. C. de seruis nece. here. insti.† Et q2 filius de facili cēsetur voluisse satisfacere volūtati paterne q̄ rōnes oīno cessant qn̄ essent duo filij instituti vl' duo ab intestato succedētes qui hn̄t tacitā volūtatē defuncti prout ꝯtingit in casu nostro ꝑut ꝛ. s. dictū est. nā hoc casu ꝛ Bar. ipse ꝛ ceteri pro indubitato hn̄t ꝙ taciturnitas anni imo lōgi tp̄is non inducat tacitā recusationē nec precludit viā successioni de iure ciuili: nec etiā lapsus lōgi tp̄is prout ipse ꝛ alij dicūt in. d. l. 3. ꝛ sic non ob. §. quesitū. ſm lec. Bart. qui etiā ex alio nō obstat: q2 intellect⁹ Bar. cōiter reprobaṫ. illū em̄ reprobāt Bal. in. l. j. C. de suis ꝛ legi. here. ꝛ in. l. certū. C. vnde legi. in. iiij. ꝛ. v. q̄ōnib⁹. ꝛ in. l. posthumo. C. de cōtratab. ꝛ ibi Pau. de cast. ꝛ Pont. ꝛ Ang. Saly. ꝛ Raph. ful. in. l. ij. C. de posth. here. insti. ꝛ Raph. ful. in. l. j. C. ꝺ suis ꝛ legi. et Bal. Ang. ꝛ Frā. de rāpo. in. d. l. filio ꝑterito. ꝛ Imo. ibi q late prosequitur intellectū. d. l. filio. ꝑterito. per quā plures col. in. xlij. ꝛ iiij. col. dicens ꝙ totus mūdus illū. §. allegat ꝛ nemo intelligit non curo insistere: satis est ad propositū qd̄ oēs tenēt cōtra Bar. in casu suo. ꝛ ipse Bar. in casu nostro tenet hanc partē qd̄ lapsus hui⁹ temporis nō obstet. Nec ob. ꝯtrarius sensus. d. l. 3. q2 ad ꝺbū ignorātes Bar. Bal. ꝛ doc. ibi supplēt maxime: ꝛ sic ille contrari⁹ sensus ſm doc. ibi nō sumitur: et dato ꝙ sumereṫ nō obstaret q2 ꝓbaret ꝙ lapsus longi tp̄is obstaret: ꝛ sic a ꝯtrario lapsus minoris tē poris nō obstaret prout est lapsus. v. vj. vl'. vij. annoꝝ. l. sup longi. et. l. fi. C. de lōgi tp̄is prescri. Nec obst. l. recusari. q2 nō dicit ꝙ solo cursu tp̄is recuseṫ hereditas: ꝛ sic sola taciturnitate: sed re. i. ex aliquo actu ꝺmōstratiuo volūtatis. ꝛ doc. ibi al'r exēplificāt illā legē vt ibi ꝑ eos. ꝛ pōt etiā exēplificari ꝑ. l. illud. e. ti. Itē si existēs in primo gradu successionis creditor hereditarius peteret a cōstituto in scd̄o gradu velut ab herede: q2 in necessariā cōsequētiā sequiṫ eius recusatio si vult sequētē3 esse heredē: vn̄ tex. parū facit ꝛ dicta doc. ibi faciūt pro: non cōtra.† Nec obst. ꝙ Bal. velit ꝙ tacēdo adeaṫ hereditas ꝑ nō factū: puta non restituēdo dotē ꝛc. q2 dato ꝙ illud ibi contingeret vt euitetur mora: ꝛ sic res illicita in quo se fundat Bar. nō idē in casu nostro vbi non recusando non incurriṫ aliqua mora nec aliqua culpa: licet etiā in suis terminis non sit expedita ſnīa Bar. nā Bal. eū dānat in. d. l. nō hoc. ꝛ in. l. j. C. q admit. vbi dicit ꝙ alij etiā tenēt ꝯtra Barto. ꝛ idē ipse dicit in. l. dos a patre ꝑfecta. C. so. ma. idē tenēs qd̄ ꝛ tenet ide3 Bal. in. l. si certis annis. C. de pac. ꝛ in. l. in his. §. seruus. ff. so. ma. ꝛ in. l. cū antiquiorib⁹. C. de iure delib. vbi sit'r contra Bar. ꝛ cū Bal. tenet Saly. ꝛ ide3 reperio cōsuluisse Franciscū de rāpo. incipit consiliū ꝑdicte rōnes. et dat Bal. plures rn̄siones ad. d. §. sicut. allegatū per Bar. adeo qd̄ Pōta. in. d. l. gerit. dicit ꝙ. d. §. sicut nihil facit ꝑ rn̄siones Bal. et verū est vltra rn̄siones Bal. ꝙ. d. §. sicut. parū aut nihil facit: quia nō ꝓbat ꝙ differēdo solutionē censeaṫ adimere prout dicit Bar. sed probat ꝙ verū debitū dn̄i nō venit in legato peculij vel ꝙ ideo non venit: q2 nuda rō non facit verū debitū prout ibi tāgit gl. Et quicquid sit de illa q̄ōne de qua latius ꝑ Imo. ꝛ Ponta. in. d. l. gerit. ꝛ ego latius dixi in. d. l. nō hoc. dato ꝙ procedat opi. Bar. alia ratio ibi pactum reformat prout al's dicit imperator in. l. interpositas. C. de trāsac. Et insuper procedit qn̄ pater diceret se adiuisse ex illa non resti. vel eius filij. Sed qn̄ ipsi dicerēt ꝯtrariū Bart. voluit contrariū. ideo illa decisio Bar. facit pro: nō cōtra.† Nec etiā obstat qd̄ inter fratres de facili presumitur liberalitas: quia fatendum est in rebus paruis ꝛ alias magis q̄ inter extraneos vt in iurib⁹ adductis. Sed qd̄ per taciturnitatē inter fratres inducaṫ donatio nusq̄ reperitur: imo omnis alia coniectura excludit coniectura donationis. l. si cum aurum. ff. de solu. ꝛ. l. cu3 de indebito. de proba. Quinimo inter patrem ꝛ filium non presumitur donatio etia3 si pater emit nomine filij vel simpliciter rem tradidit filio. sed his duobus concurrentibus dn̄taxat. l. ij. ꝛ ibi ꝑ Bar. C. si qs alteri vel sibi. ꝛ habeṫ in. l. si donatione. C. de colla. multominus si soror tacuit videns fratrē possidere: ꝛ maxime cum adhuc nō erat res sue ante immixtionem: forte nihil dicebat quia dubitabat immiscere ignara iurium hereditatis vel ignara an esset ad eam delata hereditas propter dictum statutu3 terre mōtis prout ꝛ ad pn̄s videmus ꝙ dubitat. Et his cessantibus non d3 inter fratres presumi donatio: cū frater expendens pro fratre non censetur sibi donare. l. siue pro fratre. et. l. si negotium. C. ꝺ nego. gest. Et multum egre fert frater ꝙ alius frater habeat bona ad se spectātia: nec presumitur id vllo pacto apparere. dicit tex. in. l. cum oportet. in fine principali. C. de bo. q libe. ideo sola taciturnitas non inducit presumptum animu3 donandi. Et si presumeretur animus donandi esset presumendū potius ꝙ voluerit donare fructus. ideo promisisset fructus pro illo tp̄e potius q̄ proprietatē. ꝛ in his q consistūt in animo alicuius solet stari illius iuramēto dicit glo. notanda in §. alie. instituta de actio. ꝛ facit qd̄ dicit Barto. in. d. l. gerit. et qd̄ supra tetigi. Laus deo.

Summarium super consilio. cciij.

1. Statuto disponente de condēnationibus nō annullandis in fine officij aut de processibus non annullandis an officiales armarij possint cancellare cōdēnationem nulliter factam. per totū.
2. Sententia diffinitiua an contineatur appellatione processus. numero. 4.
3. Omnino vel vllo modo seu aliquo modo nō valeat qd̄ importet.
5. Coniunctiones seve poni solent inter genus ꝛ speciem.
6. Citatus quando sibi notorie competit aliqua exceptio cōparere non tenetur nec sententia inde secuta tanq̄ contra contumacem tenet: quinimo irritatur licet dicta exceptio nō fuerit opposita q2 iudici euidenter nota.
7. Iudex procedendo ad vlteriora non videtur tacite pronunciare super incompetentia nisi fuerit opposita.
8. Nullitas ꝑueniēs ex defectu iurisdictiōis nūq̄ sublata intelligiṫ. Sententie appellatione venit tantum valida.
9. Actus cuiuslibet appellatione venit tantū validus.

Consilium. cciij.

In nomine dn̄i nostri iesu Christi.† In hac consultatione videtur prima facie dicendū ꝙ dicta condēnatio dictorū cōdēnatorū nequeat per dictos officiales cassari ex pluribus. et primo q2 statutū descriptum in puncto de ordine ꝛ modo cassandi condēnationes disponit ꝙ nulla cōdēnatio causa alicuius maleficij facta vel facienda possit nec debeat per officiales armarij vel aliquem alium cassari nisi in certis casibus in dicto statuto descriptis: inter quos non enumeratur casus de quo agitur: ideo videtur casus dicte legis municipalis de hac consultatione: ꝛ super casu. l. nō est disputandū. l. ancille. C. de fur. ꝛ. l. illam. versic. de modo. C. de colla. et. l. municipalis est ius ciuile ciuitatis seu municipij ꝛ seruāda in loco l. omnes populi. ff. de iusti. ꝛ iure. ꝛ. l. lege municipali. ꝛ. l. fi. ff. de decre. ab ord. faciē. cū si. Scd̄o non videtur ꝙ dicta condēnatio sit nulla eo quia dictus dominus capitaneus erat iudex ordinari⁹ dictorum inquisitorū et habebat generaliter ꝛ regulariter iurisdictionem saltem in criminalib⁹: ideo citati debuerunt cōparere ad allegandū causam quare in casu illo speciali capitaneus ipse procedere nō debebat: al's est eis imputandū. l. ex quacunq̄. ff. si quis in ius voca. nō ie. ꝛ. l. si quis ex aliena. ff. de iu. ꝛ. c. super literis. de rescriptis. ꝛ per Inno. dn̄m Anto. ꝛ doc. in. c. preterea. extra de dilationibus. Spectat em̄ ad iudicē qui est regularis iudex cognoscere an sua sit iurisdictio vt in dictis iuribus. Et propterea citatus debet comparere ꝛ allegare incompotētiam vel aliā exceptionem declinatoriam al's est contumax ꝛ proceditur cōtra eum vt contumacē vt est tex. in. d. l. quicunq̄. ꝛ. ꝑbatur in dictis iurib⁹. Ideo quia dicti inquisiti citati nō comparuerunt videtur qd̄ fuerint merito contumaces ꝛ successiue ex forma statuti habeanṫ pro confessis: ꝛ per ꝯn̄s tanq̄ confessi potuerint condēnari nō obstante statuto primo loco in pūcto descripto sub rubrica ꝙ potestas ꝛ capitaneus ꝛc. q2 illud statutum videtur militare qn̄ citatus compareret ꝛ nō opponeret declinatoriam vigore dicti statuti. ꝛ propterea non militet in casu nostro. Preterea ꝛ scd̄o dato ꝙ sentētia nō teneret non videtur ꝙ possit de nullitate per aliquem officialē declarari nulla nec tanq̄ nulla cassari nec de nullitate cognosci: et si cognosceretur cognitio sit ipso iure nulla ꝛ cognoscēs puniatur in mille libris vigore statuti sub rubrica dē sententia ꝛ processibus maleficiorū nō annullandis: scd̄o loco descripto in puncto: qd̄ videtur clare ꝛ precise loqui: vnde illi videtur standum non obstante dicto alio statuto proxime pōderato: quia ad illud rn̄deri posse videtur vt. s. responsum. potest et secūdo responderi quod illud statutum loquitur de processu qd̄ non teneat: istud aūt aliud statutum loquitur post sententiā latam. ita se expresse declarat et limitat: vnde dicta statuta ita videntur ad concordiam reducenda cū iura iuribus sint cōcordanda. c. cum expediat. de elec. in. vj. ꝛ. l. vnica. C. de inoffi. doti.† Appellatione nāq3 processus nō videtur contineri ſnīa diffinitiua. cle. appellanti. iūcta glo. in verbo processus. de appella. ꝛ. c. prudentiā. in prin. ꝛ. c. fi. de ferijs. ibi: nec procecessus habitus teneat nec sententia. ꝛ facit. l. ij. C. vt lite pen. qd̄ ꝛ probari videtur per rubrū statuti in puncto descripti. de sententijs ꝛ processibus maleficiorū nō annullandis. et etiam tex. alterius statuti vltimo loco descripti in pūcto ibi: cōdemnatio ꝑcessus vel exbannimentum: iunctis nota. per glo. in rubrica de iuris ꝛ facti igno. insuper ꝛ tertio videtur responderi posse ꝙ dato ꝙ dictū statutum militet in casu nostro ꝛ sententia consequenter sit nulla vigore illius statuti nihilominus de dicta nullitate nequeat cognosci per aliquem officialem communis perusij.† His tamen nō ob. cōtrariū arbitror de iure rn̄dendum: vz ꝙ dicta condēnatio fuerit ꝛ sit nulla: et per cōsequēs possit ꝛ debeat nulla declarari ꝛ subsequēter velut nulla cassari ꝑ eos ad quos spectat nullas cōdēnationes cassare et cancellare de libris armarij qui ꝑsupponūtur esse officiales ꝛ notarios armarij: ꝛ hoc nō obstātibus statutis. s. in contrariū adductis. qd̄ autē condēnatio sit nulla pro-

batur euidēter per legem municipalē deductā in themate ſub rubri.de.qđ poteſtas ⁊ capitaneus non ſint iudices iniuriarū ſibi vł ſue familie illatarū:nā ſtatutum illud in nigro diſponit ꝙ capitaneus non valeat nec debeat aliquē punire vel grauare de iniuria illata ſibi vł alicui ex ſuis officialib⁹ vł familiarib⁹.Sed poteſtas tūc habeat punire ⁊c.Et ſi cōtrafieret ꝓceſſus nō valeat vllo mō. ſtatutū em̄ iſtud annullat ꝓceſſum ⁊ illū reddit nullū ipſo iure vt denotant illa verba non valeat in.l.ij.C.de canone frumētario vrbis rome.lib.x.⁊ ibi Bar.c.diſpēdia.de reſcrip.lib.vj.iuncta gl.c. quia propter.de elec.⁊.c.ſi proponente.de reſcrip.⁊ facit glo.in verbo non valere.in.c.ſi cū.de elec.lib.vj.⁊ glo.in vbo carere.in.c.licet canō.de elec.lib.vj.⁊ qđ per eas no.do.An.in.c.ſi diligēti.de foro cōpe.⁊ maxime cū ſint adiecta illa vba illo mō.Nā ſi ipſo iure valeret:ſed obſtaret exceptio vel requireretur ſnīa nulla tunc aliquo mō valeret:⁊ ſic non verificarent illa vba vllo modo.vn̄ ſaltē per dicta vba neceſſario haberemus dicere qđ nō valeat ipſo iure ꝓut etiam al's dicimus qn̄ adiūgimus verbū oīno per no.ꝑ glo.in.l.j. §.ſi pecunia.ff.depoſiti.prout dicit do.Ant.in.d.c.ſi diligēti.allegādo.d.c.diſpendia.idem dicens qn̄ adiungitur verbū omnimodo loquēdo etiā qn̄ vba al's de ſe non redderēt actum nullū ipſo iure:ſed reſcindendū per ſnīam:multo ergo fortius qn̄ adiungit̄ iſtis vbis non valeat que ſimplr̄ prolata plerūqꝫ denotāt nullitatē ipſo iure per predicta.qđ etiā deduci pōt ex precedētibus vbis dum dicitur ꝙ nō poſſit:nā qn̄ dictio negatiua adiungitur vbo poteſt reddit actum de iure impoſſibilē.c.j.de reg.iur.lib.vi.idem etiā deduci pōt ex verbis rubrice in quibus dr̄ ꝙ non ſint iudices. Cōſtat em̄ ꝙ ſnīa lata a non ſuo iudice nō valet vt.C.ſi a nō compe.iu.per totum.Nec predictis obſtat ꝙ tex.dicti ſtatuti diſponit ꝙ proceſſus non valeat ⁊ nihil diſponit de ſnīa:nā rn̄det̄ ꝙ appellatione proceſſus ibi comprehenditur etiā ſnīa:nā dicte due vltime rōnes.ſ.adducte militant etiam in ſnīa:q: ſi nō eſt iudex de iniuria ſibi vel ſue familie illata:ergo ſnīa non tenet.et ſilr̄ non pōt punire vel grauare prout expreſſe diſponit dictū ſtatutū:ergo nō valet ſnīa prout reliquus ꝓceſſus:q: magis grauat ⁊ magis ten-
4 dit ad puniendum ſnīa ꝙ̄ proceſſus in cā vt de ſe patet.† Preterea etiam appellatione proceſſus vbi ſimpliciter profertur appellatione proceſſus venit ſnīa.vt in.c.cum.i.⁊.a.de iu.⁊ facit.l.actorū verba.ff.de re iu.⁊ no.Jo.an.⁊ Dominic⁹ d' ſctō Ge.in.c.vt ſup. de appel.lib.vj.Nec obſtat gl.d.cle.appellāti.quia loquitur in ma-
5 teria que non cōuenit ſnīe diffinitiue prout ⁊ innuit illa glo.† Nec obſtant alia adducta.ſ.circa hoc in contrariū:quia coniūctiones ſepe ponuntur inter genus ⁊ ſpeciem.l.pactum vel tranſactio.C. de tranſac.cum ſi.⁊ ſic ſatis ponuntur inter diuerſa ſi ponunt̄ inter proceſſum ⁊ ſentētiam in ſtatutis.ſ.adductis.Concludendū eſt igitur ex iam dictis ꝙ dicta cōdēnatio de qua in pucto eſt nul-
6 la ipſo iure:nec arbitror ꝙ in hoc ſit vlla dubitatio ꝑ ꝑdicta.† Nec habet vllo pacto obſtare huic concluſioni id qđ ſcđo loco in cōtrarium.ſ.adductum eſt per.l.ex quacunqꝫ.⁊.l.ſi qs ex aliena.⁊.c.ſup literis.ſ.in cōtrarium adductis:quia primo rn̄detur ꝙ qn̄ citato notorie competit aliqua exceptio non tenetur comparere ꝑ not. per glo.que incipit iſtud forſan.in.c.ſuper literis.de reſcrip.⁊ gl. in cap.ſi epiſcopus.iij.q.ij.⁊ glo.in.c.veniens.de accu.qđ videt̄ tenere Joā.an.poſt Hoſtiē.c.cum ordinem.de reſcrip.in pe.et vlti. apoſtillis.qđ ⁊ firmat ibi Jo.calde.⁊ Jmo.in vna lectura.florentinus ⁊ do.Nico.qui adducit text.cū glo.in.l.non vr̄ latitare.ff.de iu.⁊ in.c.paſtoralis.verſi.piſano.de re iu.⁊ ꝑ Jano.in.c.ij.de dilationibus.⁊ ꝑ Bar.in.d.l.ex quacūqꝫ.qđ ⁊ voluit Lapp⁹ in cle.ij. vt lite pendente.⁊.d.Anto.in.c.ſuper literis.ad hoc etiā glo.ij.in c.prudētiā.de offi.deleg.in antiquis.⁊ Jo.an.in glo.in verbo citet.in.c.ſtatutum.§.in nullo.de reſcrip.lib.vj.⁊ in.d.c.veniens.ad hoc etiā no.per Cy.⁊ Bal.in.l.generaliter.circa prin.C.de epiſ.et cle.vbi volunt ꝙ ſi citantur exempti ⁊ de exēptione euidēter ꝯſtet non tenentur apparere.⁊ iſtud cōiter tenetur:lꝫ Jmo.in alia lec. in.d.c.cū ordinem.⁊ in.d.c.ſuper literis.aliud velit ⁊ nō bn̄ prout al's dixi legendo.d.c.cum ordinē.⁊ rn̄dendo ad adducta ꝑ ipſum
7 Jmo.† Preterea qn̄ iudici eſt notum ipſuꝫ nō habere iuriſdictionem in cā d' qua agitur nō poteſt procedere:⁊ ſi ꝓcedat proceſſus eſt nullus.c.ſi duobus.de appel.qđ procedit etiam ſi pronūciet ſe iudicem cōpetentem prout volunt do.Anto.⁊ Jmo.in.d.c.ſup literis.⁊ hoc.ſ.qđ iudex certus ſe non habere iuriſdictionem procedendo nulliter procedat habet locum non ſolum ſi eſt certus ſe carere penitus iuriſdictione:ſed etiam ſi eſt certus ſe habere iuriſdictionē ⁊ non debere procedere:vt eſt tex.in.d.c.ſi duob⁹.ſm̄ Hoſ. prout ⁊ ibi communiter tenetur.vnde cum in caſu noſtro videtur dicta duo militare:nam prout arbitror in inquiſitiōe ⁊ in citatione in qua ſolet apponi tenor inquiſitionis erat expreſſum qđ fuerat offenſus talis de familia capitanei.vnde ex inſpectiōe citatorij ⁊ inquiſitionis erat notorium citato competere exceptionem declinatoriam:cum illud ſit expreſſum in ſtatuto:⁊ in ſimili notorietate loquuntur doc.in.d.c.cum ordinem.et vbi eſt caſus.l.clare nulla eſt dubitatio.l.ancille.C.de furtis.⁊.l.illam.ver.de modo.C. de colla.vnde erat vt ita dixerim pluſꝙ̄ notorium ꝙ citatis cōpetebat exceptio declinatoria:⁊ ideo citati nō tenebātur comparere per predictā.Et quia.ll.cenſent oībus note.l.leges ſacratiſſime. ⁊.l.fi.C.de legib⁹.⁊ qđ no.gl.in.c.ſi diligenti.de reſcrip.veriſimile eſt qđ fuerit notū iudici ꝙ procedere nō debebat:ideo citatio nulla ⁊ cōſequēter nō arctauit citatos per predicta:ideo hoc caſu nō videtur ꝙ procedant.d.l.ex quacūqꝫ.⁊.d.l.ſi quis ex aliena.cū cōcordantijs:q: limitantur in dictis duobus caſibus.Preterea dato ꝙ deberent cōparere:adeo ꝙ ſi nō cōparerent eſſent contumaces:ita ꝙ poſſent de contumacia mulctari vt ꝓbatur in dictis iuribus ⁊ in.l.j.ſi quis ius dicenti non obtēperauerit.⁊ no.Panor. in.d.c.cum ordinem.tamen nō poteſt contra non comparentem procedere in cauſa principali ⁊ ſi procedit proceſſus ⁊ ſentētia nō tenet dato quod eſſemus in caſu in quo al's ꝓcedi poſſet contra abſentem:nam licet citans ſit iudex ſuper illo articulo an ſua ſit iuriſdictio:tamen ex hoc nō eſt iudex ſuper cauſa principali:vn̄ ſnīa ab eo lata ſup cauſa principali eſt nulla:quia lata a nō ſuo iudice: ad hoc qđ no.in.c.annotuit.de eo qui furtiue ordi.ſuſce.prout volunt do.Ant.⁊ Panor.in.d.c.cum ordinem.Et Lappus in.c.j.e. ti.li.vj.⁊ poſt eum do.Anto.in.d.c.ſuper literis.⁊ per Jmo.poſt do.Anto.in.d.c.ſi duobus.qđ ⁊ firmat Bar.in.d.l.ex quacunqꝫ. dicens ꝙ quādocūqꝫ cōtumax veniet poterit opponere de incōpetentia prout videt̄ ſentire Jnno.in.c.preterea.de dila.ſm̄ eūdem Bar.qđ ⁊ volunt ibi Bal.⁊ Ange.contumax em̄ nunꝙ̄ cenſetur prorogare iuriſdictionem per no.per Jnn.in.c.preſenti.de reſcri. et hoc niſi pronunciet ſe iudicem cōpetentem.Nam tunc valet ita ſentētia ex quo ſuper illo articulo habebat iuriſdictionē ⁊ tranſit in rem iudicatam quo ad partes.ar.c.cū dilecti.de elec.⁊ qđ not.
7 in.l.qđ iuſſit.ff.de re iud.⁊ in.c.cū ceſſante.de appel.† Non autem ſufficit proceſſus ad vlteriora niſi fuerit oppoſitum de incompetētia prout voluit Jnn.in.d.c.preterea.ſm̄ Ang.in.d.l.ex quacūqꝫ. qđ ⁊ in effectu volūt.d.Anto.in.d.c.preterea.⁊ Raph.fulgo.et.d. Ludo.in.d.l.ex quacūqꝫ.⁊ ſilr̄ Pau.de caſt.ibi plus volēs qđ etiā ſi fuerit oppoſitum de incompetentia per proceſſum ad vlteriora non cenſeatur tacite pronunciatū intantum ꝙ validet proceſſum poſtea factum ſuper principali dicens ita tenere Bal.ibi ea rōne: quia poſtꝙ̄ eſt oppoſitum de incompetentia non videtur ſe ſcire iudicem niſi pronunciet ſe competentem:ideo proceſſus non valet ſm̄ eum vt refert ⁊ ſequitur Pau.de caſt.licet hoc vltimum non firmarem nec expediat quia in caſu noſtro nō fuit comparitū nec oppoſitum de incompetentia:ideo per proceſſum ad vlteriora nō fuit tacite pronunciatum ſuper exceptione non oppoſita:ideo ſumus in caſu in quo doc.concordant ꝙ proceſſus non teneat:vnde ex predictis pluribus modis patet reſponſum ad dictam rōnem incontrarium adductam:⁊ maxime quia predicta coadiuuantur per generalitatem ſtatuti diſponētis ꝙ proceſſus nō valeat qđ ſtatutum non magis loquitur citato cōparente ꝙ̄ eo non comparente:⁊ ſic vtroqꝫ caſu eſt intelligendum cum generaliter loquatur. arg.l.j.§.⁊ generaliter.de leg.preſtā.⁊.l.iij.ff.de offi.preſi.⁊.c.ſi ro-
8 manorum.xix.di.cum ſi.† Nec etiā obſtat ſtatutū de ſententijs et proceſſibus non annullandis:quia ad illud reſpondet̄ duobus modis.vno mō qđ non intelligatur qn̄ proceſſus eſt nullus ex defectu iuriſdictionis iudicis iudicantis per no.per glo.cōiter ſingularem ⁊ cōiter approbatā in cle.j.de ſequeſt.poſ.⁊ fruc.Unde cū in caſu noſtro iſta nullitas dependeat ex defectu iuriſdictionis iudicis iudicantis non vendicet ſibi locum ſtatutū illud diſponens ꝙ de nullitate cognoſci nō debeat.Secundo reſpondetur ꝙ illud ſtatutum debet limitari niſi quādo nullitas reſultat ex diſpoſitione alterius ſtatuti per no.ꝑ Bart.in.l.j.§.deniqꝫ.ff.qđ vi aut clā. qui tenet ꝙ qn̄ ſtatutum diſponit ꝙ contra ſententiam vel inſtrumentum guarentigiatum non poſſit aliquid opponi nō vēdicat ſibi locum ſi in alia parte ſtatuti permittitur aliqua exceptio.Nā ſtatutū illud dꝫ intelligi ꝙ excludat exceptiōes ꝑmiſſas a iure cōi ⁊ nō exceptiones a iure municipali cōceſſas ſm̄ eum:qđ ⁊ voluit Bal.in.l.ita nobis pudor.C.de adul.⁊ Jo.de imo.in.c.ite cū qs. de reſti.ſpo.vnde ad propoſitum noſtrum cum iſta nullitas ſit inducta in alia parte ſtatuti non videtur excluſa per ſtatutum illud ſub rubrica de proceſſibus ⁊ ſententijs non annullandis:nā illud verificatur in nullitatibus reſultantibus ex diſpoſitione iur.communis:non de nullitatibus diſpoſitis in alio ſtatuto.Et propterea non vendicat ſibi locum in caſu noſtro:⁊ maxime cū iſtud ſtatutum diſponens de nullitate proceſſus ſit poſterius in ordine et decens ſit ꝙ poſteriora derogent potius prioribus ꝙ̄ econtra.l. pacta nouiſſima.C.de pac.cum ſi.nec militāt reſponſiones ſupra date ad iſtud ſtatutum.nam prime due patent cōfutate ex iam dictis:quia imo iſtud ſtatutum loquitur ⁊ militat etiam citato non comparente et non opponente declinatoriam.Jtem militat etiā in ſententia cū appellatione proceſſus ſententia veniat maxime in caſu noſtro per iam dicta.Nec obſtat qđ tertio loco dicebatur reſpondendo ad iſtud ſtatutū.qđ licet ſententia ſit nulla:tamen de nullitate cognoſci nequeat:quia reſpōdetur ꝙ dictū ſtatutum eſſet eluſorium diſponendo ꝙ nō poſſint punire:⁊ ſi ſecus facerēt proceſſus eſſet nullus ſi omni officiali cōmunis eſſet adempta iuriſdictio

risdictio cognoscendi de nullitate: qđ nō est dicendū. argu. c. commissa. de elec. lib. vj. ꝛ c. si papa. de priuile. eo. lib. ꝛ l. si quādo. de lega. j. ꝛ c. j. de iu. lib. vj. cum si. † Nec ob. aliud statutū primo loco in contrarium ponderatum: qꝛ loquit̃ de cōdēnationib⁹ validis: nā condenationes inualide non veniūt appellatione condēnationuʒ vt est expressum in. l. iiij. §. condēnatuʒ. de re iud. ꝛ probatur in cle. pastoralis. eo. ti. cum si. ꝛ maxime in statutis odiosis ꝛ penalib⁹: prout est statutū nostrum de quo nunc ago. arg. regule in penis. in. vj. ꝛ l. si preses. ꝛ l. interpretationi. ff. de penis. et in. c. statutū. de elec. lib. vj. cum si. facit quia exceptiones in dicto statuto descripte nō respiciūt cōdēnationes nullas: sed potius validas ꝛ gratiose sublatas. Et est aduertendum ꝙ statutuʒ istud exceptuat ꝯdēnationem cassam vel canzellatam per adunātiam generalē vl' ab habente arbitrium ab ipsa adunātia ꝛ non facit mentionem de canzellata a superiore puta a gubernatore vel aliquo superiore: nec in aliqua statutorū parte de hmōi superiore vlla mentio habetur qđ non est ex alio nisi quia tempore illo statuētes seu ciuitas non recognoscebat superiorem: qđ facit ad dicta. s. circa precedēs statutum: qđ si cognitio esset officialibus communis perusij adēpta de cognoscendo de nullitate statutum illud esset elusorium annullando processum et sententiam. Reuertendo itaqꝫ ad istud statutum primo loco in contrarium ponderatum dicendum est qđ non procedit in ista cōdēnatione que est funditus nulla: nec habet nomē condēnationis per iam dicta. vnde cōcludo ex iam dictis ꝙ dicta condēnatio debet cassari de libris communis perusij per habētes super cassationibus iurisdictionem qui dicuntur esse ipsi officiales armarij ꝛ notarij ipsorum: nec habent timere penas dictorum statutorum que non obstant per iam dicta. Laus deo.

Summarium super consilio. cciiij.

¶ Sententie tres conformes in negotio principali non dicuntur conformes quo ad condēnationes expēsarum factas in dictis sententijs ꝛ in varijs summis.

1 ¶ Executio rei iudicate impeditur ex euidēti nullitate.
2 Sententie appellatione venit tantum in dubio diffinitiua: tamē communi doctrina omnium venit interlocutoria.
3 Cle. vt calūnijs. de re iud. quō intelligatur. nu. seq. per totum.
4 Sententia licet dicatur respectu accessorij incerta tenet ꝛ valet.
5 Notoriū iudici dicitur illud quod ex actis sui iudicij apparet sibi.
6 Nullatenus verbum potest intelligi ciuiliter vcꝫ saluis exceptionibus nullitatis que in promptu sunt probande.

¶ Consilium. cciiij.

In nomine domini nostri Jesu Christi. ¶ In p̄nti consultatione videtur prima facie dicendū circa primū consultationis articulum ꝙ decidatur per casum constitutionis: nam per cle. vt calumnijs. de re iudi. euidenter statuitur ꝙ quando sunt tres sententie conformes ꝛ nihilominus dicitur de nullitate non debet audiri qui dicit de nullitate nisi prius pareat iudicatis: ꝛ vbi est casus legis nō est vlterius disputandū. l. ancille. C. de fur. l. illam. ver. de modo. C. de colla. vnde breuiter videtur per casum illius cle. concludendum ꝙ dictus seius nō debeat audiri nisi pareat iudicato: nec distinguit illa cle. de expensis vel de principali; sed generaliter disponit ꝙ prius debeat parere iudicatis anteꝙ super nullitate audiatur: ideo nec nos distinguamus. l. iu. in fi. ff. de offi. p̄si. ꝛ l. de precio. de publi. indefinita enim equipollet vniuersali. l. si pluribus. de lega. ij. et. c. quia circa. de priui. ꝛ cap. si romanorum. xix. distinc. ideo omnibus iudicatis est prius parendum: ꝛ consequēter est parendum etiam iudicato super expensis: ꝛ eadem ratione videtur dicendū ꝙ pareri debeat omnibus sententijs latis super ipsis: quia non distinguit: sed indefinite loquitur ille textus per iura preallegata.

1 † Quinimo hoc idem ostenditur ex vi verborum illius text. nā ibi premittitur ꝙ dicens de nullitate dictarum sententiarum nō debet audiri anteꝙ dicte sententie mandetur executioni: ꝛ sic vult tex. ꝙ dicens de nullitate vnius ex tribus sententijs non audiātur anteꝙ ipse tres mandent̃ executioni cum illa pluralis locutio sn̄ie nō possit verificari in vna vt in regula pluralis locutio. in. vi. et. l. inter illam. in fi. ff. de ver. signi. et. l. vbi numerus. ff. de testibus. cū simi. nec videtur obstare id qđ videtur pōderari in puncto. §. ꝙ ex actis appareat de nullitate quasi ex hoc innuatur ꝙ nullitas sententie sit euidens vel de facili possit probare: nam per hanc allegationem non tollitur generalitas illius text. qui non distinguit inter nullitatem euidentem vel non euidētem. imo glo. in verbo pēdente quam ibi sequitur Pau. vult ꝙ etiam si fuisset ab interlocutoria appellatum ꝛ pronunciādum bene appellatum: licet per dictam sententiā super appellatione latam appareat euidenter nullam fore sententiam diffinitiuam latam post appellationē super principali causa. Tamen nō ex hoc impeditur executio dicte sententie nulle si tres sententie conformes concurrunt: ꝛ cum illa gl. transeunt ibi. d. Anto. ꝛ Jo. de Jmo. ꝛ doc. cōmuniter. Et ex ea infert do. Anto. de but. prout et ibi refert Jmo. qđ licet nullitas sententie sit notoria: nihilominus procedit dispositio illius clem. per illam glo. et per generalitatem tex. ibi in prin. non distinguēs vt predixi. et Jmo. ibi dicit ꝙ putet illud dictuʒ in practica seruari quando executio esset retractabilis: quia tunc agit̃ de leui preiudicio ꝯm eum: cum itaqꝫ executio sententiarum de quib⁹ agitur sit retractabilis: nam si dictus seius super nullitate retractabitur executio ꝛ tenebitur aduersarius resarcire eidem seio prout no. gl. in verbo donec. in. d. cle. vt calūnijs. quam glo. docto. ibi sequūtur restare videtur ꝙ notorietas nullitatis sententie non faciat cessare dispositionem illius cle. vt calūnijs. Et multo fortius si non est de se notoria: sed possit de facili incontinenti probari prout videt̃ contingere in casu nostro: quia nullitas non videtur notoria cuʒ non constet ex inspectione sententie: sed ostensis actis per relationem ad acta dicitur euidenter apparere et acta prout dicitur possunt incontinenti ostendi: tamen non videtur ꝙ obstet per iaʒ dicta. Nec etiam videtur obstare si quis dixerit qđ iste sentētie non fuerunt late in petitorio nec in possessorio: nam fuerunt late nō super ipsa causa principali: sed super desertione appellationis ab interlocutoria interposite. et tex. ibi loquitur de sententijs in petitorio aut possessorio latis: ꝛ illa cle. cum sit exorbitans a iure ꝯmuni nō sit extendēda. ar. regule que a iure communi exorbitāt. in vj. et. l. ius singulare. et. l. qđ vero contra. ff. de. ll. ꝛ c. cū dilectus. de cōsue. cum si. nam respondetur ꝙ omnes sententie que incidunt in iudicio petitorio dici possunt late in petitorio. non enim loquitur ibi in sententia diffinitiua duntaxat. sed etiam in interlocutorijs prout voluit ibi glo. super verbo sentētias. quam etiam docto. ibi sequuntur: vnde illa interlocutoria lata super compromisso faciendo in illo petitorio pōt dici lata in illo iudicio petitorio: ideo etiaʒ iste alie super desertione appellationis q̄ ab illa dependēt v̄ẽr etiā posse dici late in ꝛ super petitorio: quia in effectu inferunt qđ illa prima interlocutoria a qua fuerat appellatum transiuit in rem iudicatam per desertionem appellationis cle. si appellationem. de appel. et. c. cum sit romana. et. c. sepe. eo. titul. in antiquis. attento maximeqꝫ etiam in his militat ratio ponderata in prin. litere dicte cle. s. vt calūnie non detur locus et iura exorbitantia ꝛ correctiua extenduntur ex ratione scripta saltem ad casum qui pōt sublata licet in propria significatione verborum comprehendi. vt ꝑ gl. in verbo eligatur. et docto. in clemen. j. de elec. et per Bald. in auk. quas actiones de sac. sanc. ec. et in. l. vbi adhuc. C. de iure dot. etiā gl. in clemē. auditor. in verbo beneficio. de rescriptis. et no. Jmo. in. l. si vero. §. de viro. ff. so. ma. et facit. l. ita nobis pudor. cū ibi no.

2 C. de adul. Et ex hoc etiam procedit ꝙ dicit glo. in. d. clemē. vt calūnijs. §. ꝙ licet illa exorbitās dispositio loquatur simpliciter d̃ sententijs. ꝛ appellatio sententiarum in dubio intelligatur de diffinitiuis. l. j. §. qđ in sententijs. ff. quando appel. sit. ꝛ in rubrica. C. de sententijs ꝛ interlo. omnium iudi. Tamen intelligatur etiam de

3 interlocutorijs ꝛ a doctoribus approbatur. ¶ † His tamen non obstantibus contrarium arbitror sententiam veriorem: naʒ ꝯstat qđ dicta cle. vt calūnijs. loquitur qđ parere debeat iudicato ꝑ eam sentētiam que dicitur nulla. Si enim reportauit cōtra me tres sentētias cōformes: ꝛ in vna alia manu reportauit vnam sententiaʒ ꝯtra me super alia materia nō impedirer dicere de nullitate illius sentētie separate dato qđ nō paruissem illis trib⁹ sententijs: prout not. glo. super verbo tres. ꝛ super verbo ex eis in dicta clemē. vt calūnijs. ꝛ omnes ibidem firmāt. ꝛ probatur ex text. qui dicit ꝙ non audiatur ad agendum de nullitate ipsarum trium sentētiarū vel alicuius ex eis donec ipse sentētie mandate fuerint plenarie executioni. nō ergo requirit ꝙ mādētur executioni alie sentētie: nisi ipse tres sentētie de quibus vel alicuius earuʒ dicitur de nullitate. In proposito autem casu nostro sunt tres sentētie late super desertione appellationis alie tres late super expensis: nam cui dubiuʒ lqđ alia est sententia super expensis alia est super negotio seu articulo principali de quo agitur patet quia super negotio principali potest sentētia ferri pro vno ꝛ super expensis pro alio. l. properāduʒ. §. sinautem ex gestis. C. de iudi. Item potest omitti sentētia super expensis ꝛ procedit lata super principali. licet obligetur omittēs. vt eq. l. §. sinautem alterutra. ꝛ l. terminato. C. d̃ fruc. ꝛ litis expen. quāuis super toto sit sententiandum alias sententia non teneat. l. in hoc iudicio. ff. fami. herci. ꝛ l. j. C. si aduer. rem iudi. Item potest diuerso tempore ferri. l. paulus respondit. j. ff. de re iudi. ꝛ c. cuʒ appellationibus friuolis. de appel. lib. vj. Cum ergo tres fuerint sententie conformes late super principali articulo desertionis ꝛ tres late super expensis si dicitur de nullitate vltime sententie late super articulo principali desertionis nō deberet audiri nisi executis dictis tribus sententijs latis super ipso principali articulo desertionis si exequende venirēt: quia qualitas sententiarum pateretur executionē: nō autē repellitur ab agēdo de nullitate: licet non plenarie exequatur sentētiam vel sentētias super expēsis latas: quia ille sunt super diuerso late ꝛ sunt diuerse sentētie numero: nec ille sunt conformes sententie de cuius nullitate dicitur quia illa q̄ dicitur nulla diffinit articulum desertionis: iste diffiniunt articulū expensarum: ꝛ videmus ꝙ in facto prout mihi fertur diuersa nunc agitātur iudicia ꝛ coram diuersis iudicib⁹: nam vnū sup nullitate

vltime snie sup desertione late: aliud sup nullitate cdenationis expesarū. et insup dr esse appellatū ab immoderata taxatione. qn ptz q sunt separate snie et non sunt ille tres snie exequede de quib loquit. d. cle. vt calūnijs. q loquit de executione illarū sniarū de quibus vel earū altera dr de nullitate prout ibi est expressum: sed snia sup expēsis nō est illa nec vna ex illis tribus cōformibus de quarū altera nunc dr coram isto iudice de nullitate: merito illa cle. nō dz trahi ad hunc casum in quo non loquitur. †Qd et probatur p reductionē ad inconueniens: nam cōstat q snia ferri pōt incerta super expensis: quia incerta super accessorijs tenet. l. hec snia oēm. C. de snia que sine cer. quāti. et cōiter ita feruntur hmōi condēnationes expēsarum: quia solet cōiter condēnari victus victori in expēsis non declarata quātitate: sed reseruata taxatione postea facienda. vñ incerta non pōt executioni mandari: nisi facta taxatione et declaratione per iudicem: et super taxatione solent sepe fieri longa litigia: et qnqz per obtinētem appellatur profecto non facta taxatione mandari non posset executioni: et inconueniens foret q per hoc repelleretur a dicendo de nullitatate super principali. pter nō executam sniaz super expensis. Accedat illud vulgatū qd de separatis separatum est iudiciū. l. fi. ff. de calū. et l. si marit. C. de dona. inter virū: et l. naturaliter. §. nihil cōe. de acq. pos. cū si. Et accessorium non dz regulare principale: sed a principali regulari vt in regula accessorium. in. vj. cum concor. ad hoc optime qd traditur p glo. et doc. in. l. si pacto quo penam. C. de pactis. vnde sententia super expensis non debet impedire nullitatis dictionem super principali. et hoc fundamentum mihi videtur satis vrgens: cui si recte aduertantur non obstant aliqua ex adductis in contrariū. Scdo posset instari has sententias non esse latas in possessorio vel petitorio prout loquitur dicta cle. vt calūnijs: sed in articulo multū separato: et ad glo. d. cle. s. ponderataz posset dici. q loquatur in interlocutorijs que emergerent in ipso principali iudicio petitorio: puta quia pronunciaret rñdendum articulis esse deferendū iuiurandum esse mittendum in possessioneratione contumacie vel p executione sententie: que oēs sunt interlocutorie: et respiciūt ipsum negotium principale et magis immediate dicuntur late in ipso petitorio: sed iste sentētie super desertione appellationis ab interlocutoria lata super preludijs dicatur lata in petitorio videtur durū maxime cum adhuc non potest dici petitorium cum non dicatur adhuc petitum. arg. l. amplius non peti. ff. rem rataz ha. et qd per Bart. ibi et in. l. j. C. de litis conte. vnde in casu nostro tempore quo fuit lata interlocutoria a qua fuerit appellatum nō erat adhuc iudiciū: sed erant in preludijs. vnde nō videtur ipa lata in petitorio: sed vt ita dixerim ante portas petitorij per notata in dictis iuribus: q̄tofortius non dicantur in petitorio lata iste sentētie super desertione late: maxime quia nō est idem iudiciū de eo qd antecedit vel sequitur vel inheret immediate: et de eo qd mediate maxime multū mediate. iuxta id qd dicim de causa mediata et immediata in. l. socium qui in eo. §. j. ff. pro socio. et per Bal. in. l. cum mulier. xv. co. ff. so. matri. et qd p glo. et Jo. an. in. c. de cetero. de homi. Tertio q dict seius sit audiēdus sup dicta nullitate alio medio ostenditur: nam prout mihi dicitur dum fuit dictum de nullitate dicte sentētie fuit vna simul productum registrū oīm actoz prout dicitur esse de stylo q notarius extrahit omnia acta vtriusqz partis vna cū snia ita q nihil omitteret et vna simul omnia productur: ita quod constat ex registro producto que sunt actitata et que non. † Et insuper mihi dicitur q ex inspectione actorū euidenter apparet de nullitate sententie quibus pro veris presuppositis infertur q de nullitatē sententie euidenter constat ipsi iudici vt iudici: quia acta iudicij reddunt notorium notorietate iure. c. vestra. c. fi. de coha. cle. et mul. vñ apparet iudici q non calūnie cā dicitur d nullitate: sententie: sed dicitur de nullitate sententie quia vere est nulla: nec est decens q sententia que cōstat qd est nulla mādetur executioni. ideo cessat ratio dicte cle. q̄ fundatur vt calūnijs obuietur: ideo cessante rōne ipsius cle. exorbitātis cessare dz dispositio ipsa exorbitans. argu. l. adigere §. q̄uis. d iure patro. et l. qd dictū. de pactis. cum concor. Et hoc firmauit Oldra. in consi. cviij. alias cciiij. dicens q. d. cle. nō habet locum vbi nullitas est euidēs vel qn potest incontinenti probari. et idem sequitur Bald. in. l. j. C. ne liceat tertio prouo. et mouētur prealegata ratione prout eos refert d. Ludo. de vrbe. in. l. si feriatis. ff. de ferijs. dicēs hanc opiñ. esse in practica seruandū lz in cōtrariuz arguat meo iudicio friuola rōne nam aliud est dicere qd nullitas impedit executionem: aliud q nō facta executio impedit cognitionem super nullitate prout. d. cle. disponit. hanc etiam partem firmat Jo. de imo. in. l. de pupillo. §. qui opus. in fine. ff. de noui ope. nū. dicens q idem sentiunt domini de rota in decisio. nouis. et idem etiā voluit in. d. cle. vt calūnijs. Nec obstat glo. d. cle. vt calūnijs. super verbo pendēte. nam potest dici q licet pars diceret fuisse pro se sententiatum: tamē nō cōstabat hoc iudici prout et dicit ibi Jo. de imo. in casu autez nostro cōstat ex actis legitime productis coram iudice. Quinimo lz allegaretur ibi nullitas non offerebatur prōpta probatio. poterat eñ esse appellatum ad superiorem distantem: ita q nō de facili vel in breui poterat probari. et insuper licet esset pronunciatū poterat forte esse nulliter pronunciatum: vnde sententia erat etiam iustificanda ex actis. Item oportebat transiuisse in rem iudicatā: et per consequens qd a die notitie fuerint decursi. x. dies. auf. hodie. C. de appel. cum filij. et qd aduersarius nō appellauerit: que omnia poterant exigere longiorem indaginem: ideo ex simplici allegatione qd super appellatione ab interlocutoria fuerit pronunciatum pro appellante ad impediendū executionem trine sententie diffinitiue post appellationem emanate non eneruatur suspitio calumnie. et sic in terminis. d. glo. non militat ratio in qua se fundant Oldra. Bal. et sequaces: et per consequens nō obstat. d. gl. quicquid aliter sentiat Jmo. in. d. §. qui opus. et do Anto. in. d. cleñ. vt calūnijs. †Respondet etiam Oldradus ad verbum nullatenus positum in. d. clemen. qd debeat intelligi ciuiliter: vez saluis exceptionibus nullitatis que probande essent in promptu prout habetur in. l. si is a quo. ff. vt in pos. leg. et. l. ille a quo. §. si de testō. ff. ad trebel. et. l. iij. §. ibidem. ff. ad exhiben. Nam vniuersale nullatenus recipit restrictionem iuris vt al's: vt in simili per glos. in verbo nulla iusta ff. qd vi aut clam. et per glo. in verbo nullo modo. in cle. vt hi qui. de eta. et quali. et p glo. in vbo nulla exceptio. in. l. et non tantum. §. qd si pro emptore. ff. de peti. heredi. et multa similia possent adduci. et videtur inducere dictum verbum nullatenus efficaciam phibitionis: prout dicitur in clemē. j. de seque. pos. et fruc. vbi tāgitur qd habet vim decreti: de quo tamē vt ibi per doc. vel dicamus qd respicit modos audiendi: et sic nec p viam agendi nec per viā excipiendi: nam et excipiēs dicitur agere. l. j. ff. de excep. et. l. in exceptionibus. ff. de proba. cum determinet verbū audiatur: nec solet communiter dicta dictio poni pro nunq̄ seu nullo casu: nō ergo videtur q extēdat dictā cle. vltra q̄ eius ratio se extendat p iam dicta. Et sic ex predictis medijs vltimo scz et primo apparet mihi cōclusio eliciēda satis indubia q dictus seius sit audiēdus super dicta nullitate non obstante q nō sint executioni mandate sententie super expensis late. Et stante vera hac prima cōclusione supuacuo fit transitus ad scdm cōsultationis articulum: tamē casu quo iudici hec conclusio nō satisfaceret et nollet de nullitate dicentem audire. nisi parito iudicatis. Nemo negabit q non deberet arctare vt pareat iudicatis nisi super eo super quo reperiuntur tres sentētie conformes adeo q si sententia cōtinet plura capitula et super vno sunt tres sentētie cōformes super altero vna vel due nō arctat parere nisi quo ad illum articulū super quo cōformant dicte tres sententie. vt est gl. in. d. cle. vt calumnijs. quam ibi omnes approbant. in proposito autē nostro sententia saltem cōtinet articulum principalem desertionis et articulum expēsarum conformes sunt sententie quo ad principalem articulum: et de illo nō hesitatur. Conformant etiam se quo ad expēsas factas in primo iudicio: quia pma condēnatio in expensis est vt arbitror per secundā et tertiam sententias cōfirmata: vnde parendū esset in hoc dictis sentētijs: et sic soluende forent ille expēse facte in prima cā super expēsis factis in secūdo iudicio: hoc est super prima appellatione interposita a sententia prima sup desertione lata nō possunt reperiri cōformes nisi due sententie: nā prima snia nō cantat de expensis futuris factis scz postea in scda vel tertia instantia. vnde quo ad impēsas factas in scda instantia due tantū sentētie possunt reperiri conformes: et quo ad impensas factas in tertia instātia vna tantū snia emanauit per eandē rationem: vñ arbitror nō esse parendum iudicato quo ad expensas factas in scda vel tertia instantia ad adducta in contrarium euidens patet responsio ex adductis pro cōclusione quam firmaui: ideo nō insisto vlterius. Laus deo.

¶ Summarium super consilio. ccv.

1. Statutū seu lex muni. dz obseruari i loco statuti et a subditis.
2. Seruata quelibet lex in dubio a quocunqz presumitur.
3. Dolose oia presumūtur gesta in delictis cōmissis. nu. 11.
4. Protestatione facta dolus presumitur cōtra eū cui facta est ptestatio qui postea nixus est contra.
5. Victus victori in expensis est dānandus. nu. 25.
6. Possessionis turbate accusatio ex statuto dirigente vba in personam requirit dolum ex proposito. per. totum.
7. Dolum cessare facit quelibet cā iusta siue iniusta vel colorata.
8. Verba sunt note passionum mentis.
9. Argumentum a verisimili vel solitis est optimum in iure.
10. Rusticus a dolo excusari solet.
12. Probatio debet de necessario concludere.
13. Libello cogitur libellans inserere locum et tempus. Loci diuersitas inducit factorum diuersitatem.
14. Precedentia et sequētia declarant media.
15. Verba sunt intelligenda fm subiectam materiam.
16. Argumentum ab absurdo est optimum in iure.
17. Uniuersalia vba qnqz recipiūt strictam interpretationem et ciuili modo intelligūtur et maxime in penalibus.
18. Volo vbū iducit mādatū et negatiua pcedēte non inducit prohibitionem q non fiat sed negat voluntatem adesse adeo qd aliud est velle q nō fiat et aliud est non velle q fiat.

Consentire

19 Consentire non dicitur ignorans nec prohibere dicitur qui non consentit.
20 Tacens censetur consentire aut dissentire et non dicitur velle aut nolle.
21 Nolo adire hereditatem an inducat hec verba repudiationē et verbum nolo quot modis sumatur.
22 Interpretatio est facienda pro iustitia quando verba sonant et interpretari possunt ad iustitiam et malitiam. nu. seq.
23 Penalia seu exorbitantia non sunt extendenda sed restringēda.
24 Sententia iudicis capit vires a conclusione libelli et est ſcd'm eius formam ferenda.
25 Litigandi iustam non habens causam victus in expensis condemnatur.

¶ Consilium. ccv.

qꝺ audiuit publice dici a dictis hoībus eā cognoſcentibꝰ nō dicit ab oībꝰ vel maiori ꝑte hoīuꝫ ꝓut requirit̃ ad ꝓbationē fame ꝓut voluit Bar. in dictis locis ⁊ bal. in dcō ꝯſilio ⁊ Jmo. in. l. heredes palam. in ṗn. de teſtamē. ⁊ infra etiā ſubdā. 12 †Quinimo teſtis deponens ꝙ audiuit publice dici ab oībus eā cognoſcētibus nō ꝓbat famā: qꝛ cognoſcētes eā pñt eſſe minor pars hoīum q ſunt neceſſarij in inducendo famā ꝓut in ſil'i dicit bal. in dcō cōſilio incipiēte in cā vincētij. in eo q deponit ꝙ audiuit publice dici ab oībꝰ ſciētibꝰ et ꝓbat̃ nā fama eſt cōis opinio voce manifeſta ex ſuſpiciōe ꝓueniēs. ⁊ Jac. de are. vt refert Sali. in repe. l. ea qdē. C. de accuſationibꝰ. in tractatu de fama circa ṗncipiū: dicit ꝙ eſt regiōis vel maioris ꝑtis cōis opinio cū ſermone vel voce. ⁊ thomas de piperata in ſuo tractatu de fama ꝺſcribit ꝙ fama eſt id qꝺ hoīes alicuius ciuitatis caſtri ville vicinie vel cōtracte cōiter opinantur ⁊ eſtimāt vel ſentiūt verbis vel loquelis cōiter aſſerendo: nō tñ ꝓ certo notorie vel manifeſto. ⁊ Sali. vbi ſupra deſcribit ꝙ fama eſt alicuiꝰ reipublice ⁊ cōis alicuius regiōis aſſertio ex ſola ſuſpiciōe ꝓueniēs ⁊ ꝺm oēs dictas deſcriptiones quādo aliqd cōiter dicit̃ a maiori parte hoīum alicuius regionis: puta ciuitatis ville vl' vicinie reſultat fama: ⁊ non quando dicitur a minori parte hominuꝫ et ſic non dicitur cōiter. vnde teſtis qui vult probare famam dꝫ deponere ꝙ audiuit a maiori parte hoīuꝫ loci de cuius loci fama agit̃. vnde ad ꝓpoſitum cū dictus perus nō deponat ꝙ audiuerit a maiori parte hoīuꝫ ciuitatis vel vicinie ſed indefinite ꝙ audiuit a cōuicinis que verba poſſunt verificari in duobus: qꝛ pluralis locutio duorū numero eſt contenta vt in regula pluralis. in. vj. ⁊ l. inter illam. §. fi. ff. de ver. ſig. ⁊ l. vbi numerꝰ. ff. de teſtibꝰ. 13 ¶ †Jtē dicit ꝙ audiuit a multis ⁊ m'tis hoībus ciuitatis ⁊ pōt audiuiſſe a multis ⁊ multis ⁊ tamē non a maiori parte hominū ciuitatis. Nā multi quādoqꝫ dicunt̃ duo. inſti. de iure perſonarum. in fin. ⁊ Archi. xxij. q. vij. ſi quis. ⁊ quando tres. vt. l. i. §. hoc interdictum. ff. ad ſille. ⁊ qñqꝫ. x. ꝺm Arch. xlv. di. ca. diſciplina. ꝑ tex. in auſ. de triente ⁊ ſemiſſe. circa prin. vnde cōcludendum eſt ꝙ dictꝰ 14 †Perus non probat famam predictā. Similiter ⁊ Symon quartus teſtis non ꝓbat dictā famā nec ſuper ea deponit: ſed solū ꝙ fuit habita tēta et reputata ab oībus cognoſcentibus eā pro publica meretrice. et ita pro tali habetur tenetur ⁊ reputatur maxime a conuicinis dicte Sancte: ⁊ ſic nihil dicit de fama nec deponit de maiori ꝑte hominū ciuitatis: nec dicit ꝙ illa reputatio fuerit ab oibus cognoſcētibus eam vocibus manifeſtata. interrogatus in cauſa ſcientie dixit qꝛ vidit ⁊ hoc refertur ad vnum actum venereum de quo depoſuerat ſubdit ⁊ audiuit vt ſupra. Supra aūt nō depoſuerat ꝙ audiuerit. vñ pōt intelligi ꝙ audiuit vt ſupra. i. ꝙ audiuit dici id qꝺ ſupra depoſuit. ſ. ꝙ ſemꝑ eſt habita ⁊ reputata pro publica meretrice ⁊c. Que ratio ſciētie verificaretur ēt ſi ab vno audiuiſſet ⁊ ſic ex pluribus apparet ex predictis ꝙ dictus quartus teſtis nō probat dictam famam: qꝛ nō dicit ꝙ audiuerit publice dici prout requirit̃ ꝺm theoricā Bart. in. d. §. tormenta. ⁊ Bal. in dicto cōſilio incipiente in cā vincentij. ⁊ Jmo. in. d. l. hr̄des palaꝫ. in prin. Qui dicit eam eſſe cōmunē ſniam. Similiter ſer perantoniꝰ quintus teſtis non ꝓbat dictam famam. quia interrogatus in cā ſcientie dixit: quia pro tali tenetur ⁊ reputatur a maiori parte hominum; et perſonarum vrbini cognoſcentium dictā dñam Sanctam: que ratio eſt inepta: qꝛ non dicit ꝙ ipſe audiuerit ⁊ ſic nō deponit de ſenſu ſuo prout requiritur in cauſa ſcientie. d. l. teſtium. ⁊. d. §. mulier. et per doc. in dictis iuribus. ⁊ per Jnnocentiū. ⁊ docto. in. d. c. cuꝫ cauſam. ⁊ Bart. in dicto tractatu de teſte in multis locis ⁊ in proprijs terminis circa famam in. d. §. tormēta. ⁊ in. l. labeo. de ſupp. leg. Jtem non ſequitur a maiori parte cognoſcentium eaꝫ ergo a maiori parte hominū ciuitatis. ſimil'r annibal. vj. teſtis non ꝓbat famā: qꝛ reddit ineptam cauſam ſciētie. nā dicit ꝙ ita publice dicitur. nō autem dicit ꝙ audiuerit publice dici prout requirit̃ ꝑ dicta ſupra proxime circa ꝓximuꝫ teſtem ⁊ ꝓut requirit bar. in. d. §. tormenta. in proprijs terminis. ⁊ in. d. l. labeo. Jtē dicit ꝙ publice dicitur a multis perſonis ⁊ hominibus fidedignis: nō auteꝫ dicit a maiori parte hominum nec multi faciunt neceſſario maioreꝫ partē per ea que dixi ſupra circa tertium teſtem. ſil'r cliacus. vij. teſtis. laborat eiſdem morbis cum precedentibꝰ teſtibus: qꝛ interrogatus in cauſa ſcientie non deponit de ſenſu corporeo ſed ꝙ ita tenetur ⁊ reputatur ⁊c. ab oibus eā cognoſcentibꝰ: ⁊ lꝫ ſubdat ꝙ ita dꝛ ab oibus ⁊c. Non tñ dicit ꝙ audiuerit ⁊ oēs eam cognoſcētes pñt eſſe minor pars hominū dicte ciuitatis. magiſter Franciſcus. viij. teſtis ſimiliter non probat ꝺm theoricam Bart. in. d. §. tormēta. ⁊ bal. in dicto cōſilio ⁊ Jmo. in. d. l. heredes palā. in prin. q dicit eſſe cōmunem opinionē. nam dictus teſtis in cauſa ſcientie nō dicit ꝙ audiuerit publice dici: nam deficit verbū publice qꝺ requiritur ꝺm dictā theoricam. Jtē vangeliſta. ix. teſtis nō ꝓbat: qꝛ in cā ſciētie nō deponit de ſenſu ſuo: ſed ꝙ pro tali tenet̃ tractat̃ ⁊ reputatur ⁊c. Et ſic non ꝓbat per dicta ſupra. Preterea deponit de maiori ꝑte hominū ⁊ perſonarum ipſam cognoſcentiū qꝺ nō ſufficit per ſupra dicta. Jtē Joānes. x. teſtis deficit ī cauſa ſciētie: qꝛ non dicit ꝙ audiuerit publice dici: nec dicit ꝙ audiuerit a maiori parte ⁊c. ſꝫ ſolum ꝙ audiuit dici. Ex quibus apparet ꝙ nouē teſtes de. xj. ⁊ ſaltē octo nullatenus ꝓbant dictā famaꝫ. vnde remanēt duo vel tres. ⁊ illi etiam pōt dici ꝙ nō probant famā: nā ṗmꝰ interrogatꝰ in cā ſciētie rñdit: qꝛ eſt ⁊ fuit per dicta tꝑa vicinꝰ dcē dñe Sācte habitauit ⁊ habitat ī ciuitate Vrbini ⁊ ꝙ ita ꝑ dcā tꝑa ⁊ mō audiuit dici a quāpluribꝰ hoībꝰ ⁊ ꝑſonis honeſtis ⁊ fidedignis: imo palā ⁊c. Profecto illa ſpecialis rō ſciētie aſſignata ꝑ hūc teſteꝫ ꝙ audiuit dici a quāpluribus hominibus ⁊ perſonis ⁊c. deficit: qꝛ nō dicit ꝙ audiuerit a maiori parte hoīm ꝓut requiritur ꝑ ſupra ſepius dicta. Et lꝫ reddat prius rōnē generalem qꝛ vicinus: tñ qꝛ deuenit ad ſpēm auditus videt̃ detrahere prime rōni. argu. regule generi. in. vj. cū ſili. ⁊ maxime qꝛ non eſt oībus oīno notuꝫ qd ſit fama. Solent em̄ vtplurimum homines opinari famam eē qꝺ a multis dicitur ſeu creditur. ⁊ illa ratio qꝛ vicinus eſt ꝓſumptiua nō al's de ſe arctās: ſed qꝛ vicini preſumuntur ſcire fcā vicinoꝝ. ar. l. ſi vicinis. C. de nup. ⁊ per bar. in. l. i. ff. ſi cer. pet. vnde ꝓſumptiue huic ꝓbatiōi magis de facili detrahitur ꝙ̃ vere ⁊ naturali directe rōne ſcie: vñ nō oīno putarē credenduꝫ dcō teſti in dicta probatione fame attentis ṗdictis: lꝫ non firmē eum non probare. Multominus ꝓbat famā baldaſar tertiꝰ teſtis qui nō deponit de fama. Sed ꝙ habetur ⁊ reputatur pro meretrice ⁊c. ⁊ ſic non deponit de fama ⁊ ꝯſequēter rō nō refertur ad famam: merito ⁊c. Jtē pro cauſa ſcientie reddit qꝛ predicta tanꝙ̃ vicinꝰ partem vidit ⁊ partē audiuit: profecto iſte non reddit cām ſcientie: qꝛ vicinus: ſed qꝛ vidit partē ⁊ partē audiuit tanꝙ̃ vicinus non ergo ſe retulit ad notitiā quā ſolēt habere vicini: qꝛ ſolēt videre ⁊ audire ea q̄ geruntur ꝑ vicinos: ſed dicit ꝙ partē vidit ⁊ ꝑtē audiuit. potuit em̄ audiuiſſe qꝺ ab oībꝰ reputat̃ ⁊c. nō ꝙ audiuerit ab oībus vel maiori ꝑte: ſꝫ forte ab vno vel duobꝰ dicētibꝰ ꝙ ita reputat̃ ⁊c. vel ꝙ facit actꝰ ⁊c. et petētibꝰ leuato velo cōcedit ⁊c. Jta ꝙ iſta redditio cauſe non ꝯcludit neceſſario 15 † ⁊ ꝓbatio dubia non releuat ꝓbātem. l. nō hoc. C. vnde cogna. c. in ꝓſentia. de proba. ⁊. l. matrē tuā. ⁊. l. approbat. C. ꝺ ꝓba. adeo ꝯſtat ꝙ iſte teſtis nō ꝓbat famā de qua nil dicit nec ꝓbat id qꝺ eſt fama. vñ luce merediana clariꝰ eſt ꝙ fama predicta nō eſt ꝓbata ꝑ decē teſtes imo clarū ꝙ nec per tres nec ꝑ duos puto ꝓbatū per iam dicta ⁊ ſi quis diceret nullū ex dictis teſtibꝰ probare famam non peccaret mortaliter. 16 †Et inſuper eſt aduertēduꝫ ꝙ fama plꝰ vel minꝰ ꝓbat ꝓut ſe habēt cauſe ex qbꝰ cauſat̃ fama. dicit bar. in. d. §. tormēta. ⁊ eſt de mēte Jnn. in. c. qual'r ⁊ qñ. de accu. ⁊ ſpe. in titu. de inqſiti. §. nūc tractemꝰ. ⁊ ꝑ do. Anto. de bu. i. c. cū oporteat. de accuſa. vñ dicit expreſſe bar. in. d. l. tormēta. ꝙ dꝫ attendi vñ fama habuit originē ⁊ ꝓbari al's ſi ſtatutū reqrit famā ꝓbatio fame non releuat ꝺm eū qꝺ multū cōfert ad caſuꝫ noſtruꝫ. ⁊ maxime qꝛ articulus nicolai in quo arriculatur cantat de tꝑe pñti et ſic tꝑe q articulat̃ quo tꝑe iā erat inchoata dcā lis ⁊ oppoſitū de meretricio: vnde de facili potuiſſet inde cauſari fama: lꝫ in hoc nō faciam magnum fundamentum. 17 †Sed poſſet quiſpiā forte inſtare: lꝫ non probetur fama per decem teſtes qꝺ eſt indubium: tñ directo ꝓbat̃ ꝙ dicta ſancta fuit ⁊ eſt meretrix: nam primꝰ ⁊ ſcꝺs teſtes vñr hoc probare: qꝛ vñr deponere de ipō facto principali. ſ. ꝙ illa ſancta fuerit meretrix videntur coadiuuari per depoſitionem ſymonis tertij teſtis qui deponit de viſu ꝙ ipſa cōcubuit cum quodā in actu venereo. ⁊ ſer perantonius quintus teſtis deponit ꝙ ipſe vidit dictam ſanctā cuꝫ pluribus hoībus ⁊ perſonis de dcā ciuitate inhoneſte viuere ⁊ conuerſari ꝓut publice meretrices. Et ſer antoniꝰ ſcꝺs teſtis deponit ꝙ a duobꝰ annis citra aſſociauit quāplures eiꝰ ſocios ad domū habitatiōis dcē ſancte ad quā dixit qꝺ ibant vt cū ea actꝰ venereos exercerent ⁊ cū ea concuberent ⁊c. vñ iſti teſtes ſaltem ſimul iūcti vident̃ ꝓbare dictā Sanctā fuiſſe meretricem. ⁊ propterea lꝫ nō ꝓbet̃ fama: tñ ſufficiat ꝙ probet̃ ṗncipaliter ipſa qualitas meretricia: nam ſtatutū diſponit ꝙ ꝑcutiens meretricē non puniatur. vnde non requirit famam ⁊ lꝫ ſubdat qꝺ ſufficiat ꝓbatio fame ꝑ. x. teſtes ad ꝓbādū aliquā meretricē nō propterea tollit ꝙ nō ſufficiat vera ⁊ directa ꝓbatio meretricij: ſꝫ ampliat facultatē ꝓbādi ꝙ vbi al's fama nō probaret iuxta no. ꝑ bar. in. d. §. tormēta. ⁊ per tex. gloſ. ⁊ doc. in. l. iij. §. eiuſdē. ff. de teſtibꝰ. et per gl. in. c. veniens. extra de teſtibus. cū ſil'j. ſtatutū diſponit ꝙ ſufficiat ipſa fama ꝓbata vt ſupra. vnde nullatenus eſt dicēdū ꝙ tollantur alie ꝓbatiōes ⁊ recedatur a iure cōi cū ꝓbationes ſint ampliāde nō anguſtāde. l. qm̄. in fi. C. de hereticis. ⁊ oīs receſſus a iure eſt pro poſſe euitandus per ea que habent̃ in. c. cū dilectus. de conſuet. ⁊ in regula que a iure cōi exorbitant. in. vj. ⁊ in. l. ius ſingulare. ⁊ in. l. quod vero contra. de. li. cū ſimi. ſed ad predicta reſpondetur ꝙ imo dicti teſtes nō probant illam fuiſſe meretricem: nā baldaſar tertius teſtis non ꝓbat: nam primo deponit ꝙ fecit omnes actꝰ et ita ſe geſſit vt ab omnibus pro publica meretrice iudicari deberet iſte non deponit de quibus actibꝰ: ſed de talibꝰ ꝙ deberet ab omnibus iudicari ⁊c. vnde deponit de his que concernunt iudiciū intellectus qꝺ non pertinet ad teſtem. Deinde deponit qꝺ petētibus leuato velo concedit iſtud etiam non probat meretriciū: quia poſſunt eſſe non petentes et illud petentibus poteſt verificari in duobus. Preterea non reddit ſufficientem cauſam ſcientie quia dicit

ꝙ tanꝙ̄ vicinus ⁊ de ciuitate vrbini partē vidit ⁊ partez audiuit. Nec deponit quid viderit ⁊ quid audiuerit: nec actus venerei solēt videri a vicinis sꝫ alia circūferētia: vñ illud tāꝙ̄ vicinꝰ vr̄ respicere alios actus inhonestos ꝙ̄ venereos: qui alij actus plerūqꝫ vidētur a vicinis: vñ dicta rō non vr̄ necessario ꝯcludere ad meretricium per predicta. † Itē multominus probāt perantonius symō et ser perantonius: nam sunt testes singularis: quibus testibꝰ singularibus non creditur. c. tam literis. de testibus. et. c. cum dilecti. de elec. ⁊. l. iurisiu. C. de testibus. ⁊ non solum testes singulares nō probant: sed etiā illi qui pñt esse singulares prout contestes. dicit notabiliter Bald. in. l. edicto. C. de edicto diui Adriani. nec vllus ex tribus dictis testibus cōcludit ad meretricium. Nam symō deponit solum de vno actu venereo per visum: ⁊ ser perantoniꝰ deponit ꝙ vidit eā cū pluribus hominibus ⁊ ꝑsonis inhoneste viuere ⁊ conuersari prout publice meretrices. nō aūt depōit de actibus venereis qui sunt necessarij ad esse meretricis. Naz inhoneste viuere ⁊ conuersari pōt contingere alr̄ vt de se patet. preterea illa verba cum pluribus hominibꝰ pñt verificari in duobꝰ vt. s̄. sepiꝰ dictum est. ¶ † Itē perantonius nō probat: qꝛ depōit ꝙ associauit ꝙ̄ plures eius socios ad domū habitationis dicte dñe Sancte ad quā dixit ꝙ ibant dicti eius socij vt cū ea cōcuberent ⁊c. iste testis non probat cōcubitū. Nam poterant illi ire ad domū ⁊ nō intrare. Nam dictio ad non denotat interioritatē loci. l. cum quidaz hiberus. ff. de seruitu. vrba. predio. ⁊ in auē. ne luxurietur ꝯtra naturam. circa mediū. ⁊ per Bart. in. l. lex cornelia. §. domū. ⁊ in. l. itē apud. §. qđ vitiuz. ff. de iniurijs. ¶ † Preterea illud ꝙ̄ plures pōt verificari in tribus vel quatuor: ita ꝙ non probatur meretriciū saltē attēta lōgitudine tēporis de quo deponit. vnde ex multis dicti tres testes non probāt remauet solus primꝰ testis q̄ deponit directe de meretricio ita in genere ⁊ reddit cām scientie: quia est ⁊ fuit vicinus dicte Sancte per dicta tēpora: sed pōt dici ꝙ cū cōiter proprij actus meretricij prout sunt venerei non videntur a vicinis in mulieribus saltem coniugatis que viuunt cum eoꝝ viris pōt dici ꝙ dicta rō non sit vsquequaqꝫ concludēs cū rō qꝛ vicinus concludat in his q̄ solēt a vicinis videri vel alr̄ cadere in eorū notitiā per actus corporeos ꝑ ea que habenē ꝑ Bar. ⁊ alios in. d. l. i. si cer. pe. et maxime hoc vr̄ dicēdū ex quo probaē ꝑ multos testes inductos ꝓ parte dicte Sancte ꝙ ipsa hꝫ familiaritatē ⁊ cōuersationez cuz alijs mulieribus sue cōuicinie. qđ non solet contingere in mulieribus que ita se habēt ꝙ sic actꝰ venerei a vicinis videanē. Ex quo datur intelligi ꝙ si. d. Sancta erat meretrix non taliter se haberet ꝙ cōiter videretur a vicinis verificari. ⁊ ꝓpterea attēta qualitate rei nō videē ꝙ dicta rō cōcludat. ¶ † Nec obstat si dicaē ꝙ dicti testes nō releuāt: qꝛ examinati post publicationē ꝓcessus. Nā rñdetur qđ nō fuerat prius articulatū aliqđ sup hmōi cōuersatione. vñ in hac ꝑte nō deponūt sup eisdē articulis vel directo ꝯrijs: ⁊ propter ea nō veniūt repellendi quicqđ dicēdū sit de alijs eoruz attestationibꝰ per ea q̄ habētur in. d. c. fraternitatis. ⁊ in. d. auē. atqui semel. ⁊ in cle. de testibꝰ. cū si. vñ ꝑ hec ⁊ dicta. s̄. circa tertiū testem dicendū est ꝙ iste testis nō probat. Ex quibꝰ patet nō esse sufficiēter probatū ꝙ dicta dña Sancta fuerit meretrix: nec est probata fama ꝙ foret meretrix. vñ ruunt oīa adducta in ꝯtrarium: q̄ presuppon ūt testes dicti Nicolai ꝓbare dictam famā. vñ nō opꝫ alr̄ insistere sup rñsionibꝰ ad deducta in cōtrariū: quibꝰ etiā alias facilis est rñsio p̄ter quā foret ad tertiū cui. s̄. est rñsum: nec me fūdo tam in attestationibus dicte Sancte ꝙ̄ in non ꝓbatione dicti Nicolai ad quē ꝓbatio spectabat ꝑ iam dicta. cōcludo itaqꝫ ex iam dictis ꝙ partes iudicis sunt in ꝯdēnando. d. Nicolaū. Laus deo.

Summarium super consilio. ccxxxiij.

¶ Societatis lucrum ⁊ questus quomodo inter socios consideretur quando plus vnus immiscet ꝙ̄ alter in societate ⁊ quomodo tempore functe societatis fiat detractio capitalis.

1. Societatis ꝑtes esse debent in dubio equales. fallit vbi vnus plusꝙ̄ alter immiscuit aut posuit.
2. Donatio non presumitur etiam inter personas coniūctas: vbi cadit alia qualiscūqꝫ coniectura.
3. Societatis quō detrahatur capitale.

¶ Consilium. ccxxxiij.

Repetito diuio numie.

¶ Uiso diligenter ⁊ ꝯsiderato elegāti cōsilio excellētissimi. ll. doc. dñi Frācischini mihi patris honorā. placet mihi Petrophilippo de Corneo. U. I. doc. de perusio cōclusiones facte ꝑ p̄fatū dñm Frācischinū: vcꝫ ꝙ fuerit inter dictos ser Iacobū ⁊ ser Ioānē conuenta societas oīm bonoꝝ pñtiū ⁊ futurorum. Itē ꝙ erogata de cōi in cōuētu ⁊ libris dicti magistri durātis nō veniāt in diuisiōe: sꝫ sint p̄cipua dicti magistri durātis. Itē ꝙ domꝰ de qua ī pūcto nō recipiēs ꝯgruā diuisionē debeat ꝯcedi ꝓ cōdecēti pretio dicto magistro duranti. ⁊ qꝛ dicte conclusiones que principalr̄ fiūt in cōsilio sunt seriose ⁊ elegāter ꝓbate ꝑ dñm consulentem: ego de sola subscriptione requisitus merito possem stare contentus iuribus ⁊ rationibus per suam dominationem adductis. †. Uerū ne videar inaccurate ⁊ illotis vt ita dixerim manibꝰ ad subscriptionem condescendere aliqua scribaz ⁊ deueniendo ad primū circa dicta per dñm consulētem posset instari circa diuisionē faciendā de bonis cōibus ꝙ non debeāt eq̄liter diuidi bona cōicata cuz prout mihi dr̄ dictus ser Iacobus lōge plus posuerit in societate ꝙ̄ dictꝰ ser Ioānes ⁊ prout etiam deprehenditur ex puncto cū dictꝰ ser Ioannes haberet dūtaxat ī bōis quinquagīta ⁊ illa cōicauerit. ⁊. d. ser Iacobus cōicauerit medietatem cētūquindecim ⁊ plura alia bona mobilia ⁊ stabilia que ipse habebat: ⁊ dicię mihi ꝙ nō erat maioris estimationis opera ⁊ industria dicti ser Ioannis ꝙ̄ dicti ser Iacobi videbatur posse dici ꝙ ī diuisione heres dicti ser Iacobi deberet consequi vltra dimidiā bonoꝝ cōicatoꝝ: nā licet in. l. si non fuerint. in prin. ff. ꝓ so. ⁊ in. §. j. insti. eo. ti. dicaē ꝙ partes iter socios debeāt esse equales si nō fuerit cōuentum aliquid de ipsis portionibus ⁊ procedant de plano dicta iura qñ capitale hininde cōicatum est equale vel qñ ignoratur iequalitas eorū que fuerunt immissa: tñ qñ vnus immittit plusꝙ̄ alter ⁊ hoc constat: portiones debēt esset equales proportionabiliter ⁊ correspectiue ad immissa in societate: ita ꝙ qui plus posuit in societate plus dꝫ retrahere in diuisiōe prout voluit Nicolaus de mat. ⁊ Bal. in. iiij. q. in. l. j. C. e. ti. ⁊ sentit glo. in. d. §. j. super verbo equales. ibi: ⁊ dic equale fuisse capitale. qđ ⁊ firmat Salic. in. l. mutius. ff. eo. ti. in. vij. q. ⁊ similiter in. d. l. j. in. vij. q. qñ vnus plus immittit capitalis ꝙ̄ alter: ⁊ quādo vnus immittit tātūdem capitalis. ⁊ insup immittit operas quas non immittit alter: nam tunc est habēda consideratio arbitrio boni viri dictaꝝ operarū: lꝫ dubitet ⁊ inclinet aliud esse qñ ambo ponerēt operas inequales ꝙ̄ vltimū: lꝫ nō videatur habere rōnē diuersitatis: tamē super hoc non insisto: cū in casu nostro plus capitalis fuerit immissum a. d. ser Iacobo: quo casu Salic. ꝯcordat cū alijs: ⁊ pro hac parte facit tex. in. d. l. si non fuerint. ibi si modo aliquid plus contulerit societati vel pecunie ⁊c. et in. §. ita coiri. versi. qđ ita demum valebit. ibi: si tanti sit opera quāti dānum: adeo qđ glo. in. d. §. j. in verbo societati. post Azonem: videtur firmare qđ non valeat pactū quod socij in diuisione retrahat partes inequales non correspectiuas ad capitale. qđ et videtur tenere Salice. in d. l. mutius. ⁊ sentit Rapha. in. l. si societatem mecum coieris. eodē tit. ⁊ ita videtur finaliter residere in. d. l. si non fuerint. dicens quod hec est communis opinio: licet Ioā. antiquus glo. fuerit in cōtraria sententia. In casu autem nostro nō fuit cōuentum de portionibus equalibus vel inequalibus. vnde videtur posse concludi qđ partes debeant esse equales. hoc est proportionabiles ⁊ correspectiue ad quātitates ⁊ bona immissa: ⁊ sic lōge plus debeat in diuisione retrahere heres dicti ser Iacobi ꝙ̄ dictꝰ ser Ioānes. † Pro quo facit qꝛ al's in effectu resultasset quedā donatio ex parte dicti ser Iacobi in dictum ser Ioannem: que donatio in dubio nō presumitur si potest cadere alia quāuiscūqꝫ sit coniectura. l. si cum aurum. ff. de so. et arg. l. cum de indebito. ff. de probatio. Cui enim dubium qđ cōmunicare trecenta quadringenta vel mille cū quinquaginta est species colorate donationis si postea venirēt omnia equaliter diuidēda. vnde videbatur dicendum qđ virtus dicti ꝯtractus foret ꝙ durante societate dicta eoruz bona essent in cōione ⁊ quilibet participaret coire de dictis bonis: non ꝙ in fine societatis vnus censeatur aliquid alteri donasse pro quo faciūt verba dicti cōtractus ibi adinuicem ⁊ cum eorum familia participare ⁊ communicare: nam alias videretur sensus qđ ipsa bona essent communicata et facta communia eorū filijs ⁊ familia; qđ nullatenus est de mente. facit etiam qđ not. gl. in. d. l. ij. C. pro so. in illa. q. quando finita societate reperiuntur solum centum immissa. ita qđ nihil est superlucratum quid faciendi de illis centum: in qua glo. concludit ꝙ consuetudo vult ꝙ ille qui centum posuit in societate ipsa integra centum retrahat: et sentit qđ illa consuetudo sit seruanda: licet citra consuetudinem de iure distinguat vt ibi per eaz: tamen ꝙ illa cōsuetudo procedat etiam de iure remota distinctione glo. tenent ibi Iaco. de are. Bal. ⁊ Salic. ⁊ idem tenet Bal. in d. l. si non fuerint. et in. l. si cum duobus. §. in coeunda. ff. eo. tit. dicens idem velle Rapha. de forli. qđ et tenuit Ordra. vt refert Rapha. in. d. l. j. qđ et tenet Salic. in. d. l. mutius. in. ij. q. qđ. ⁊ vidētur velle Cy. ⁊ Bar. in. d. l. j. transeuntes cum Ia. de are. † Ex quibus apparere videtur quod ea que in societate immittūtur in fine societatis per immittentem retrahuntur vel tantundem in estimatiōe pro quo facit text. in. d. l. cum duobus. al's in. l. si fratres. §. item ex facto. Nec ista interpretatio videbatur mihi absona si verba sequētia dicte conuentionis aliud non iudicarent prout vidētur innuere ibi dum dicitur qđ si dictus ser Ioānes vellet diuisionez facere ⁊ in cōmunione predicta nō manere priueē ⁊ ꝓ priuato habeatur ab omni cōione supradicte medietatis dictorum. cxv. flore. nam si dictus ser Iacobus habuisset retrahere in diuisione ea que immisit vel tātūdem si extarent frustra in penam in casu diuisionis veniebat priuādus. d. ser Ioānes cōione medietate dictorū. cxv. flo. Et ex hoc innuitur ꝙ quoad alia bōa ꝑ dictum ser Iacobū cōicata. d. ser Ioannes in diuisione non priuareē dicta cōmuniōe. ⁊ sic

haberet portionē ſuā in dictis bonis ꝓut ꝛ pōderat dñs ꝯſulēs:
lꝫ finaliter poſſet ad hoc rñderi ſi quis vellet ſupradictis inherere
nam poſſet dici ꝙ.d.ſer Jacobus in penā dicti ſer Joānis volētꝫ
diuidere tpe diuiſionis haberet retrahere illa.cxv.integre ſine ali
qua diminutione ꝛ reſiduū diuidere habita ꝓportione ad oīa im
miſſa:ita ꝙ ſi loco exēpli ponamus fuiſſe poſita in ſocietate trecē
ta computata medietate dictoꝝ.cxv.flo.ꝛ dictorum trecentoꝝ.d.
ſer Joānes ſolum quinquaginta immitteret:ꝛ ſextam partem to
tius in diuiſione.d.ſer Jacobꝰ habebit de illis trecētis.lviij.flore.
cum dimidio:ꝛ de reſiduo habebit quinqꝫ partes de ſex partibꝰ
ꝛ.d.ſer Joānes habebit ſextam partem illius reſidui:ꝛ ſic in effe
ctu in penā venit priuādꝰ ſexta parte illorum.lviij.flo. cū dimidio
et coadiuuari poteſt hec rñſio:quia alˀs.d. ſer Jacobus videreť
fuiſſe parum prudens in cōicādo quaſi oīa ſua bona ei qui quaſi
nihil cōicabat:ꝛ quodāmodo ponere in facultate illius diuidere
cum admiſſione parue quantitatis in penam:quia poterat.d. ſer
Joānes venire ad dictam cōionē aīo de proximo diuidēdi:quia
ſatis lucrabatur ſi conſequebatur medietatem aliorum bonorum
qđ quidem non videtur multum veriſimile ꝛ in contractibꝰ inter
pretandis multum attēdiť qđ eſt veriſimile ꝛ fieri ſolet.l.in obſcu
ris.ꝛ.l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de reg.iur.ꝛ in.c.inſpicitur in
obſcuris.eo.ti.in.vj.ꝛ maxime dicta veriſimilituto iuuať ex qua
litate ipſorum contrahentium:quia fratres vnus legitimus alter
ſpuriꝰ:quia non eſt veriſſimile nec ſolet cōtingere ꝙ frater legiti-
mus velit fratrem ſpurium ſibi eſſe equalem nec cedit eius honori
ꝛ predicta tñ non fuerunt de mente contrahentium prout puto
ſenſerit dñs conſulens qui in facto forte eſt melius informatus et
vidit formalia vba inſtrumēti. Et ea que.ſ.tetigit tanguntur ꝑ
doc.in ſocietate lucri ꝛ queſtus prout ꝛ in ea loquuntur iura que
adduxi ꝛ non loquuntur ſaltem ſpecifice in ſocietate omnium bo
norum in qua nos loquimur:iō ſupradicta nō firmo. Puto autē
ꝙ predicta ſint conſideranda ſaltem ad finem ꝙ ſi aliqua de com
muni ſunt erogata in fauorem ſeu commodū familie dicti ſer Ja
cobi prout ſunt erogata in libris ꝛ expenſis ſtudij ꝛ doctoratus di
cti magiſtri durātis illa nō ſint imputāda dicto ſer Jacobo vľ eiꝰ
filio nec cōicanda:ſed ſint precipua ipſius magiſtri durātis rōni
bꝰ ꝛ iuribus adductis per dñm conſulentē:ꝛ etiā qꝛ potuit ꝓba
biliter contingere ꝙ.d.ſer Jacobus fuerit liberalis erga dictū ſer
Joānem cōtemplatione hmōi expēſarum vel ſimiliū quas ſpera
bat fieri de cōi pro ſua familia:ꝛ etiam qꝛ licet alˀs donatio nō pre
ſumatur tñ fallit qñ cadit remuneratio ratione remuneratiōis et
obligationis ad antidora.l.ſi vero nō remunerādi.§.inde papi.ff.
man.ꝛ no.Bar.in.l.que dotis.ff.ſolu.ma.ꝛ ideo.d.ſer Joānes q
erat obligatus dicto ſer Jacobo de facili preſumiť voluiſſe dona
re dicto magiſtro durāti contēplatione dicti ſer Jacobi erogādo
expenſas de cōi quaſi cenſeantur donata patri ꝛ per patrē filio ex
quo eius cōtemplatione cōceſſa ſunt filio.arg.tex.not.in.l.ſed et ſi
plures.§.in arrogato.in fi.ff.de vulg.ꝛ pupi. Et inſuper vt dictꝰ
contractus ſocietatis reducatur ad equalitatem ꝛ fraternitatem:
q̄to magis fieri poteſt conferunt predicta vt dicta ſocietas ī cete-
ris fauorabiliter interpretetur pro parte dicti ſer Jacobi:cum ſo
cietates debeant eſſe arbitrio boni viri eque ꝛ iuſte habito reſpe-
ctu ad collata in ſocietatem.l.in propoſita.ꝛ.l.vnde ſi nerue.alˀs.l.
qđ enim.ff.ꝓ ſoc.vbi maxime in fin.eſt optimus text.ad.ſ.dicta.ꝛ
propterea nō ſit tolerandus dictus ſer Joannes ſi vellet dicere qđ
queſita per dictum magiſtrū durantē deberēt ſibi cōicari adducē
do forte vba dicte cōuentionis quatenus dꝛ ꝙ debeant participa
re ꝛ cōicare lucra ꝛ dāna cū eoꝝ familia:ꝛ ſic.d.ſer Joānes nollet
ſtare contentus ſibi cōceſſis per.d.ſer Jacobum de bonis ſuis:ſed
etiam vellet ꝙ heres teneretur ad cōicādum lucra filioꝝ qđ eſſet
iniquum:nec etiam vba id volunt:ſed ſonant ꝙ ipſi ſer Jacobus
et ſer Joannes cōicant bona ipſorum cū lucris ꝛ dānis adinuicē
ꝛ etiam cum eorum familia vt ſic familia eorum participet cōione
dictorum bonorum:ꝛ eorum.ſ.bonorum lucris ꝛ dānis:non autē
ſonant ꝙ bona familie ipſoꝝ promittātur cōicari:ꝛ hec circa pri
mam ꝛ ſecūdam cōcluſionem.circa tertiam idem cōcludo ꝯtētus
adductis per ipſum dñm conſulentem. Laus deo.

Summarium ſuper conſilio.ccxxxiiij.

Preteritio poſthumi an reddat matris teſtm̄ nullum ꝛ an ha-
beat locum lex poſthumus hodie in preteritione materna.

1 Donatio etiā iurata qñ dicatur reuocata beneficio.l.ſi vnq̄
liberorum ſuperuenientia.nu.ſeq.
2 Juramētum non ligat preter veriſimilem iurantis voluntatem.
3 Poſthumus non cōprehenditur ſub diſpoſitione.§.aliud quoqꝫ
capitulum.nu.ſeq.et.5.
4 Filiorum appellatione non comprehenditur poſthumus.
5 Teſtō rupto preteritione poſthumi legata ꝛ fideicommiſſa firma
manent.
6 Lex qui filiabus.ff.de lega.j.ꝛ.l.qui quartam.quomodo intelligā
tur ꝛ in quibus procedant.
7 Teſtm̄ an reuiuiſcat impedimento ceſſante.
8 Exorbitantia extenduntur ꝛ late interpretātur a paritate rōnis.
9 L.poſthumus.procedit in teſtō materno per totum.
10 Reſcriptum principis dicitur ius ciuile et cenſetur eſſe iuris vete-
ris promulgatorium quando conceditur ad conſultationē ſeu al
terius interrogationem.
11 Poſſeſſio bonorum non agnita non tranſmittitur.

Conſilium.ccxxxiiij.

Repetito diuino numie.

Placent mihi Petrophilippo de corneo.U.J.
doc.ꝯcluſiōes.ſ.tctē ꝑ famoſiſſimū.U.J.doc.dñꝫ
Philippū de franchis mihi vti patrē ꝛ dñm hono
rañ. Et cū fuerim de ſola ſubſcriptiōe reqſitus poſſē merito ſtare
contētus ſuis elegāter dictis cū ſint concluſiones p̄dicte iuribꝰ ra
tionibꝰ ꝛ autoritatibus optime fulcite:nihilominꝰ ne videar iac-
curate ad ſubſcriptionē decurrere ꝙ a me ſemꝑ extitit alienuꝫ ali-
1 quā adſubnectā.† Et deueniendo ad primā ꝯclōnē addo ꝙ dicta
donatio fuit reuocata ꝑ diſpōnē.l.ſi vnq̄.C.de reuo.dōa.ꝛ ibi gl.
cōcludit Bar.in.l.titia ſeio tefferā.§.imperator.de le.ij.ꝛ Bal.i.l.
j.C.de in inof.dōa.ꝛ in.d.l.ſi vnq̄.nec reconualeſcit ſi filiꝰ deceſſit
viuo donāte etiā ſi incōtinēti deceſſerit prout voluit Matthi. de
fano.prout refert ꝛ approbat Bar.in.d.§. imperator.in penul.q.
adducens.l.heredibus.in prin.ff.ad trebel.ꝛ.l.filius.§.amiſſi.ff.de
operis libe.idem concludit Bal.in.l.j.in.vlti.col.vſi.vlterius que-
ritur.recitat Bar.ꝛ nō dānat.ſubdit tñ vel pōt dici ꝙ ſi pater ſu-
peruixerit poſt mortē poſthumi ꝛ nō reuocauit ꝙ cenſeatur dece
dere in eadē volūtate:ꝛ ideo heredes ſui nequeāt retractare. ar. ſi.
C.de reuo.dona.ꝛ.l.cum tacituꝫ.ff.de proba.ꝓ.hoc.d.l.ſi vnq̄.dū
dicit reuertatur in eiuſdem donatoris arbitrio ac dictione.l.ꝑtāte
manſurum vt ſic requiratur declaratio voluntatis.arg.eoꝝ q̄ no.
in.l.ij.ff.ſi ager.vec.vel emphi.peta. ſm eum. Cum itaqꝫ ſit decla-
rata volūtas ipſiꝰ donātis ꝙ volebat omnē donationē reuocare
2 conſtat etiā ſm ſnīam Bal.ꝙ dicta donatio non iuuat.† Nec ob.
iuramētum qꝛ iuramētum non erat in terminis.d.l. ſi vnq̄.nā illa
diſpoſitio fundatur in veriſimili volūtate iurātis.iō iuramentum
non ligat preter veriſimilem iurātis volūtatē. iō cōueniēs ex ea cā
non dꝛ ꝯtrauenire prout concludit Bar.in.d.§.imperator.dicens
ſe ita conſuluiſſe.ꝛ ita etiā concludit Bal.in.d.l.j.Sin autem forte
renūtiaſſet remedio.d.l.ſi vnq̄.vel alˀr appareret ꝙ cogitauerit de
3 filijs. Cōcurro in eandē ſnīam ex deductis ꝑ dñm conſulētē.† Cir
ca ſecundam añt dubitationē vř prima facie dicendū ꝙ ex quo.§.
aliud quoqꝫ caplm ꝛ ſequaces nihil dicunt de poſthumo non ha
beant locum in eo attento ꝙ eſt iuris antiqui correctiuū ꝛ in cor-
rectiuis non fit ampliatio nec larga interpretatio: ſꝫ ſunt ꝓ poſſe
reſtringēda.l.precipimus.C.de appel.ꝛ.l.ſancimus.C. de teſta.et
4 c.cum expediat.de elec.in.vj.ꝛ.c.cū dilectus.de conſue.cum ſi. † et
appel.filioꝝ non cōprehenditur poſthumus.l. qui filiabus.ff. de le
5 ga.j.ꝛ.l.qui quartam.in fine a ꝯtrario ſenſu.† Tamen doc. cōiter
oēs cōcludūt ꝙ illa diſpoſitio locum habeat in p̄teritione poſthu
mi:diſponūtur enī duo ī illa noua ꝯſtitutiōe: vnū in fauorē deſcē
dentiū ꝛ aſcendentiū ſupſtitutum.ſ.ꝙ neceſſario eis reliquatur le-
gitima vel aliquid iure inſtitutionis vt in.§.aliud quoqꝫ caplm.ꝛ
§.certum.eo.tit.niſi expreſſa cā pretereantur vel exheredentur alˀs
inſtitutio fit irrita ꝛ nulla.vt.d.§.aliud quoqꝫ caplm.vſi. niſi forſi
tā ꝛc.aliō qđ valeat teſtm̄ quoad legata ꝛ fideicōmiſſa.§. ſi autē
hec obſeruata non fuerint.§.ſequenti.eo.ti.ꝛ in auť.ex cauſa.C.de
liberis prete.vñ eo caſu quo loquuntur in fauorē liberoꝝ ꝛ aſcen-
dentium loquitur in fauorem legatorem:ꝛ tñ quo ad cōſeruatio-
nem legatorum doc.concludunt ꝙ dicta iura procedant etiam in
poſthumo prout voluit glo.in.l.generaliter.§.ex teſtō.ꝛ.l. ſi pater
in prin.ff.de fideicō.libe.ꝛ.l.bene.§.fi.ff.de capti.ꝛ.l.j.ff.de teſt.tu.
ꝛ.l.j.C.de condi.ꝛ.l.ſi quis teſtō.ff. de leg.ij. voluit Jaco.de areti.
Cy.Bar.Ang.Frāc.de rāp.ꝛ Pau.de ca.in.d.auť.ex cā.ꝛ Sali.
in.l.j.C.de poſthu.here.inſti.ꝛ Jmo.in.l.filio preterito.ff. de iniu-
ſto teſtō.ꝛ cōiter oēs.ergo etiā quoad fauorē ipſius poſthumi ha
beat locum dicta diſpoſitio ꝙ doc. videntur pro claro preſuppo-
nere ꝛ eſt maior ratio:cum non poſſit in eo cadere ingratitudo ad
hoc.l.ſi quis ſuo.C. de inoffi.teſtō. ꝛ non minor:imo maior adhi-
betur fauor poſthumo q̄ iam nato.l.j.§. generaliter.de vē.in poſ.
mit.dicit Jmol.in.d.l.filio exheredato. reputans pro abſurdo qđ
poſthumus non comprehenderetur in diſpōne.d.§. aliud quoqꝫ
6 caplm.quatenus fauet filijs.† Nec ob.l.qui filiabus.ꝛ.l. qui quar
tam.quia loquuntur in legatis que cōiter procedūt ex mēte.l. nec
adiecit.ff.pro ſocio. ꝛ ex affectione que magis reſpicit iam natos
q̄ poſthumos.ita no.doc.in dictis iuribus ꝛ Jmo.in noſtris ter-
minis in.d.l.filio preterito.nō autē procedit in alijs diſpōnibꝰ.l.ſi
quis filiabus.ff.de teſta.tu.ꝛ inſti.qui dare tut.poſ.§.penul.ꝛ fi.ꝛ
maxime in diſpōne legali.l.etiam ea.ff de vb.ſig.ꝛ facit.l.intelligē
dus eo.tit.ꝛ.l.qui in vtero.de ſtatu ho.ꝛ.l.maximū vitium.C.de li
be.prete.in qua eqparať poſthumus ꝛ iam natus:ꝛ alias l.te rñ
di ad hoc ꝛ alia q̄ obijciunť in.d.auť.ex cā.in vbo preteritiōis. in
ſcđa qōne ſecundi membri:licet ſi non fuerit cogitatum de poſthu
mo vel de filio ſit magna queſtio an legata cōſeruentur:non tñ ea

ration

ratione quia.d.§.aliud quoqꝫ capl'm non loquatur in posthumo
nam similis qꝺ cadit in iam nato.ideo me de ea nō intromitto:ſꝫ
late discussi in.d.auf.ex cā.in dicto ꝟbo ꝑteritionis.iij.q.eius mē-
bꝛi.Cōclusio ergo est indubitata ꝙ dicta iura vendicant sibi locū
etiā in posthumis.Itē non est dubiū quin dicta iura loquant̃ in
pꝛeteritione facta a matre ⁊ ascēdentibꝰ per lineā maternā.loqui
tur em̄ expꝛesse in pꝛeteritione ⁊ in exheredatione ⁊ in patre et in
matre.d.§.aliud quoqꝫ capl'm.⁊ pariter sequētes.§.sinautem hec
obseruata nō fuerint.⁊ aliȷ:nec curo pꝛeterito habeat̃ ꝓ ꝑteritio-
ne vel habeat̃ ꝓ exheredatione:nā in vtroqꝫ loquūtur dicta iura
aperte:⁊ aliud est esse talē aliud haberi ꝓ tali.l.mercedes.ff.de rei
vē.cū si.Nō tn̄ refert quoad ꝓpositū:satis em̄ est ꝙ ⁊ pꝛeteritio ⁊
exheredatio tā facta a matre q̄ a patre reddit institutionē nullā
si fit sine cā vt est expꝛssum in.d.§.aliud quoqꝫ capl'm.⁊.§.sinautē
hec obseruata non fuerint.ſm cōem fere oīm sentētiā a qua mini
me est recedendū in decisiuis:ſꝫ in via disputatiua de facili posset
aliud teneri:sed nō refert in hac via decisiua.vn̄ est cōclusio firma
ꝙ posthumi ꝑteriti natiuitate redditur testm̄ nulluꝫ siue sit pater-
nū siue maternū si legitima cā igratitudinis nō iserit̃.⁊ res hacte
nus est clara pꝛout ꝯcludit dn̄s cōsulens: sed dubitatio vr̄ cōsiste
re in hoc:qꝛ.l.posthumus.de iniusto testō cōstat ꝙ loquit̃ in testō
paterno vel aui paterni:qꝛ tpe illo nō poterat habere locū in testō
matris:nā testm̄ matris nō rūpebat̃ natiuitate posthumi:qꝛ ꝑteri
tio matris nō rūpebat testm̄:ſꝫ habebat̃ ꝓ exheredatione.insti.de
exhered.lib.§.mater.⁊.l.filiā pꝛeteritā.C.de inoffi.test.iō pꝛeteritꝰ
nō dicebat testm̄ nullū vel ruptū nec habebat ꝯtratabu.l.illud.§.
ad testā feminarū.ff.de cōtratabu.⁊ ꝑ ꝯn̄s habebat solū remediū
subsidiariū querere.d.l.filiā.⁊.d.§.mater.i fi.⁊.§.posthumi insti.
de inoffi.test.⁊ hoc clarū.vn̄ si illa lex exoꝛbitans non loquitur in
posthumo femine testatricis:ſꝫ in posthumo testatoꝛis per pꝛedi
cta ⁊ per tex.ibi qui dicit testatoꝛe non dicit testatrice:vr̄ ꝙ nō sit
nostrū eā extendere.ar.l.si vero.§.de viro lex loquitur.ff.so. ma. et
l.si seruum.§.non dixit ꝑtoꝛ.ff.de acq.he.⁊.l.illā.§.de colla.Sꝫ tūc
de duobꝰ alterū.aut em̄ opꝫ dicere ꝙ testm̄ matris ruptū natiuita
te posthumi pꝛeteriti remaneat nullū:ſꝫ pꝛecededat ante moꝛtem
matris ⁊ tūc resultabit vnū qꝺ est quodāmodo absurdū:ꝙ magis
afficiat testm̄ maternū pꝛeteritio matris q̄ pꝛeteritio patris testm̄
paternū:⁊ ꝙ testm̄ qꝺ redditur nullū oī iure taꝫ antiquo q̄ nouo
q̄ nouissimo suscitetur.⁊ qꝺ in eisdē terminis ceteris paribus non
suscitet̃ testm̄ qꝺ redditur nullū solum de iure nouissimo.Item qꝺ
testm̄ qꝺ peccat in vno:qꝛ solus est defectus nō insertionis cause
ingratitudinis suscitetur ⁊ ceteris paribꝰ nō suscitet̃ seu recōuale-
scat testm̄ qꝺ peccat in vitio non insertionis cause ⁊ in vitio pꝛete-
ritio:cū tn̄ duo defectus debeāt plus posse q̄ vnus.arg.auf.itaqꝫ
C.cōia.de succes.que ꝑfecto non videnť tollerāda cū sint ab omni
7 rōne pꝛoꝛsus aliena.†Aut volumus dicere ad euitādas dictas ra
tiōes ꝙ testm̄ istud maternū fuerit cōfirmatū de iure ciuili: adeo
ꝙ possit adiri hereditas:⁊ in hoc magis validetur q̄ testm̄ pater-
nū:⁊ tunc opꝫ adducere legē que hoc dicat cū semel extinctum nō
soleat reuiuiscere etiā cessante cā extinctionis.l.si filius qui in po-
testate.ff.de libe.⁊ posthu.l.j.ij.⁊.iij.C.de posth.here.insti.⁊.l.qui
res.§.aream.ff.de solu.⁊ qui dicit hoc testm̄ reuiuiscere non inue-
niet legē nisi.d.l.posthumus.⁊ sine lege loqui erubescimꝰ.in auf.
de triē.⁊ semi.§.consideremus.⁊.l.illaꝫ.C.collati.nā.l.qui liberis.
§.testō.de scōm tabu.alio casu loquit̃ maxime qꝛ ibi facto vel ver-
bis declaratur volūtas testatoꝛis ꝙ voluit ꝑmū testm̄ valere: nec
ibi resuscitatur vt possit adiri hereditas pꝛout ibi ꝑ glo.⁊ Bar.vn̄
opꝫ stare regule.s̄.date que ⁊ pꝛobatur in.d.l.testō.in pꝛin.vbi nō
considerat̃ ꝙ effectꝰ sui iuris potuit mutare testm̄ ⁊ non mutauit
iō censeatur voluisse cōfirmare imo generalitas illius tex.tollit di
ctam rōnem ⁊ als consideratio ꝙ non potuit de testō confirman
do vel infirmando disponere consideratur ad testamēti validita-
tē.l.iij.C.de inoffi.test.vn̄ eius ꝯtrariū non dꝫ considerari ad vali-
ditatē cū natura ꝯtrarioꝛū sit operari contrariū in opposito.l.qꝺ
si toto.ff.de leg.j.⁊.l.⁊ si contra.de vulg.⁊ pupil.Opoꝛtet ergo di
cere ꝙ nullo mō validet̃ testm̄ nisi ex dispōne.l.posthumus.⁊ pꝛo
fecto non inconuenit si illam.l.posthumus.fauoꝛabilem extendi-
mus a paritate:imo a maioꝛitate rationis:cum regula sit ꝙ vbi
eadē ratio ibi idem ius.l.posthumi.in pꝛin.ff.de iniu.te.l.illud. ff.
8 ad.l.aqui.l.a titio.ff.ꝺ verb.obli.cū si.†Nec obstat si est exoꝛbitās
quia etiā in exoꝛbitātibꝰ fit extēsio a paritate rōnis vt late tradit
Bar.quē doc.sequuntur in repe.l.si constante.in pꝛin ff.sol.ma.⁊
Imo.in.d.§.de viro.ff.solu.matri.Ideo.d.l.posthumus.a parita
te rōnis trahat̃ ad ꝑteritionē maternā.Et maxime qꝛ.d.l. posthu
mus.semꝑ loquitur.l.ariani.C.de hereticis.⁊ in autēticis que inci
piūt hodie.iō hodie illa lex loquitur:ſꝫ hodie pōt habere locum et
loqui in matre ergo ⁊ in matre loquatur solum obstat qꝛ loquitur
per ꝟbū testatoꝛe qꝺ est masculini generis:sed masculinū concipit
femininū.l.j.ff.de ver.sig.⁊.c.generali.de elec.in.vj.cū infinitꝫ sili.
⁊ ſꝫ nō posset cōcipere tpe quo edita fuit:ex eo qꝛ nō poterāt con
currere alia q̄ ibi pꝛesupponuntur.s.ꝙ testm̄ rumpatur natiuitate
posthumi:tamen cum hodie cesset dicta rō qꝛ testm̄ matris rūpat̃
pꝛeteritione posthumi vt.s̄. demonstratum est dicamus qꝺ dicta
lege hodie masculinum cōcipiat femininum: ⁊ sic hodie dicta lex
9 loquatur etiā in testō materno.†Ex his itaqꝫ ⁊ dictis ꝑ dn̄m con
sulentē.Concludo qꝺ.d.l.posthumus. pꝛocedit hodie etiā in testō
materno.Et ideo cū per illam legē det̃ sola bonoꝛuꝫ possessio non
facultas adeūdi cōcludo ꝙ non competit dicto merlino nisi facul
tas agnoscendi bonoꝛū possessionē ſm tabulas per elegāter dicta
10 per dn̄m consulētem.†Quibus addo rn̄sionē ad id qꝺ dꝛ ꝙ dicta
lex loquitur de rescripto pꝛincipis qꝺ vr̄ esse pars iuris ciuilis.Nā
coadiuuādo rn̄sionē datā ⁊ rn̄siōes doctoꝝ dico ꝙ pꝛinceps qn̄qꝫ
rescribit de nouo disponēdo:⁊ tūc illa dispō sit ius ciuile. Nihilo
minus etiā ex iure ciuili qn̄qꝫ cōpetunt bo.posse.l.j.ff. vt ex.ll.cena
tus ve consultis bono posse.detur pꝛout ⁊ tangit glo.in.d.l.vnica
ſꝫ nūc alr̄ hoc non firmē.nā.d.l.vnica.loquitur de edicto pꝛetoꝛis.
Sed dico ꝙ qn̄qꝫ rescribit pꝛinceps non disponēdo de nouo:ſꝫ de
clarando qd ius disponat pꝛout fere oēs.ll.C.videntur esse episto
le ⁊ rescripta que mittebat pꝛinceps aliquibus ꝑsonis publicis vl'
pꝛiuatis vt demonstrat̃ ex supꝛascriptis:⁊ qn̄qꝫ ex ipsis.ll.deꝑhē
ditur ⁊ apparet etiā in decretalibꝰ que vocant̃ decretales epistole.
Et tn̄ vt plurimū sunt veteris iuris declaratoꝛie:⁊ qn̄ rescribit ꝑn
ceps ad consultationē seu interrogationē alterius rn̄det censetur
esse veteris iuris pꝛomulgatoꝛiū no.glo.⁊ doc.in.ca.consultationi
de tēpoꝛibus oꝛd.⁊ glo.in ꝟbo rn̄demus.in.c.si.de ꝟbo.sig.lib. vj.
ideo non sequitur iurisconsultus allegat ibi rescripta imperatoꝛū
ergo illa bonoꝛū possessio est ex rescriptis inducta.videmus insuꝑ
ꝙ in.C.sunt multe.ll.que loquūtur de bonoꝛū pos.⁊ sunt rescripta
imperatoꝛū:⁊ tn̄ ille bonoꝛū possessiones sunt pꝛetoꝛie.similiter et
in.ff.sunt rn̄sa pꝛudentuꝫ de bonoꝛū posses.loquētia:⁊ ſꝫ rn̄sa pꝛu
dentum censeātur regulariter pars iuris ciuilis: nihilominus ille
sunt bonoꝛum possessiones mere pꝛetoꝛia ita etiam potuit contin
11 gere in.d.l.posthumus.†Cū itaqꝫ ex pꝛedictis appareat ꝙ nō cō
petierit nisi bonoꝛū possessio dn̄o Merlino ⁊ bonoꝛū possessio nō
agnita nō transmittatur.l. si emancipata.C.qui admitti.sequitur
ꝙ moꝛtuo dicto Merlino maxīe cū decesserit post tēpus ꝯcessum
ad agnoscendam bonoꝝ deuoluta fuit successio ab intestato:⁊ ꝑ
cōsequens ad dictam Fioꝛdelisium. Laus deo

¶ Consilium.ccxxxv.

1 Usuras dantes vel recipientes non sunt de iure excōicati.
2 Usuras committendi vel fenerandi facultatem permittētes sunt
de iure excommunicati.
3 Argumentum a contrario sensu non permittitur vbi resultat ab-
sonus intellectus.
4 Dolus ⁊ fraus non pꝛesumitur.
5 Huiusmodi est dictio relatiua et quid vltra impoꝛtet.
6 Beneplacitum durat vsqꝫ ad moꝛtem declarare debentis si ante
non declarat.nu.seq.
7 Confirmare quid sit.
8 Gubernatoꝛ ciuitatis vel legatus potest pꝛonuntiare statutum
condere et dispositiones facere perpetuo duraturas.
9 Pꝛoꝛogatio eiusdem actus an confirmet vel de nouo disponat.
10 Rescriptum generale non compꝛehendit ea que quis non esset ve
risimiliter concessurus.

¶ Summarium super consilio.cc.xxxv.

1 In nomie dn̄i nostri iesu christi.¶†De pluribus queritur circa pꝛesentē cō
sultationē.Ideo de quolibet discutiendū: ⁊ ꝑfecto
circa pꝛimum consultationis articuluꝫ: qꝛ parū aut
nihil dubitationis hic bꝛeuibus rem absoluam.Non enim habet̃
iure cautum ꝙ mutuans sub vsuris sit excommunicatus etiā da
to ꝙ nullam excusationem pꝛetenderet:licet per cōciliū lateranēse
ponantur alie pene committentibꝰ vsuras vtroqꝫ testamēto ꝓhi
bitas vt in.c.quia in omnibus. de vsuris. et similiter iudei ꝑ indi-
rectum cogantur vsuras restituere per denegationem communio
nis cum chꝛistianis vt in.c.post miserabilem.eo.tit.et in ministris
altaris dicitur ꝙ excommunicentur in cañ.ministri.xiiij.q.iiij. iu-
dei autem non excōicantur qꝛ excōicatio est medela anime.c.cum
medicinalis.de sn̄ia excō.li.vj.⁊.xj.q.iij.audi.⁊.ij.q.j. multi de aia
enim iudei quia foꝛis est nihil ad nos.c.gaudeamꝰ.de diuoꝛ.⁊.d.
cañ.multi.⁊.j.ad coꝛinthios.v.capl'o.ideo ecclesia iudeos nō excō
municat vt dictis iuribus ⁊ per glo.in cañ.sepe.xxviij.q.j.Hi autē
qui recipiunt mutuum sub vsuris foꝛtius non excōicantur: quin
imo nec aliqua pena in iure puniūtur maxime si recipiūt mutuū
ab exercente publice fenus ⁊ tenente tabulam paratam ad fenus
exercendum ꝓut solent facere hmōi hebꝛei.c. super eo. cū ibi nota
tis per doc.de vsuris.⁊ facit.c.debitoꝛes.de iureiu. Cōcludo itaqꝫ
ꝙ nec mutuātes nec mutuarij sunt vinculo excōicationis aliqua
tenus innodati:nec pꝛedictis refragatur cle. ex grandi.de vsuris.
quia illa non loquitur de mutuantibꝰ vel mutuatarijs sub fenoꝛe
sed de statuentibus ꝙ fenerari possit de quo in sequenti dubio tra
2 ctatur.†Circa secūdum autem quesitum vr̄ aperta fronte dicēdū
ꝙ illi statuentes inciderint in snīam excōicatiōis ꝑ.d.cle.ex grādi.

nam ex quo statuunt ꝙ nō possit dictus hebreus exigere vltra sex
denarios ꝓ floreno: cēsentur permittere ꝙ sex denarios exigere
possit. argu. c. nōne. de prescrip. ⁊ l. cū pretor. ꝺ iudicijs. ⁊ l. si qs ex
argētarijs. §. prohibet. ff. de edē. ⁊ l. i. §. huius rei. ff. de offi. eiꝰ cui
mā. est iurisdi. cū si. Et maxime q2 nō ex alio vr̄ dictꝰ hebreus illud
cōuenire nisi vt sibi liceret illaȝ taxatā summā exigere: ⁊ tudertini
non ex alio videnť sibi immunitates illas q̄ in capl'is continentur
cōcessisse nisi vt ipse mutuaret sciētes ꝙ nō nisi sub vsuris mutua
ret: ⁊ saltē videntur in fraudē fecisse vt. s. ille sub illis pretēsis capi-
tulis ⁊ eorū vigore mutuaret: al's nō mutuaturꝰ: ⁊ Landulphus
in. ꝺ. cle. ex grādi. vult ꝙ qñ fierēt statuta in fraudē statuentēs nō
euitarent penā illius cle. ex grādi. ꝓ quo facit tex. illius clemen.
ibi al'sqȝ vtendo sup his diuersis colorib⁹ ⁊ fraudib⁹ exquisitȝ re
3 petitionē impediunt earūdem. ¶ † Tamē his nō ob ꝯtrariū pu-
to de iure r̄ndendū: nā argumētum a contrario sensu nō admittiť
vbi resultaret absonꝰ intellectꝰ. l. ij. C. de cōdi. inser. nec vbi deueni
retur contra casum decisum. l. conuenticulā. cū ibi no. C. de epi. et
cle. et. c. cū dilectꝰ. de ꝯsue. ⁊ dicit dñs Cardi. zaba. in. ꝺ. cle. ex grā
di. ⁊ iō ibi glo. Jo. an. sup ꝟbo facere. decidit casum nostrū. s. ꝙ sta
tuētes ꝙ non possit exigere vltra sex denarios ꝓ vsura non inci-
dūt in penā illius clemē. ea rōne quia non cēsentur ꝑmittere: quia
non resultat dictus contrarius sensus nec argumentum illud qui
de vno negat de alio ꝑmittit qꝺ est simile: ⁊ illam gl. sequūtur ibi
cōiter oēs. ⁊ quotidie illa gl. ꝑ singulari allegatur ⁊ ab omnibus
4 approbatur. ideo nō est insistendum. † Nec est in casu presumēda
fraus: quia fraus ⁊ dolus non presumitur. l. quotiēs. §. quid dolo.
5 ff. de proba. ⁊ l. dolum. C. de dolo. ⁊ l. merito. ff. ꝓ socio. † Et maxi
me quia ꝟba plura emanata in dictis capitulis demonstrant qꝺ
dicti priores qui loco cōitatis capitulabant cum dicto hebreo no
lebāt aliquid facere qꝺ tenderet in detrimentū suarum animaruȝ
vt recte intuenti euidenter apparet ex lectione ipsoruȝ caplorum.
Et lȝ hebreus ille sub pretextu dictorū capl'orum mutuauerit sub
vsuris nihil ad ipsos priores qui nec existenter nec apparēter sta-
tuerunt cōtra dictam cle. ex grandi. nec imposuerūt aliqua onera
repetentibus vsuras nec aliquid in preiudicium repetentium vsu
ras statuerunt prout nec statuere poterant nec vltra ꝑmittere in-
tendebant ꝙ̄ possint. Intētio aūt cōuenientium fuisse videtur qꝺ
si ille hebreus sub vsuris mutuaret puniri nō posset: nec hoc casu
etiam si id expressim statutum foret. s. ꝙ non puniretur videtur ꝙ
statuentes inciderint in illam excōicationē. Nam illa clemē. quate
nus adijcit penam non loquitur de remittentibus penas q̄ vsura
rijs iniunguntur: sed de statuētibus ꝙ vsure exigātur ⁊ ꝺbitores
cogātur ad soluēdum vsuras vel ad nō repetēdū solutas vt sonāt
ꝟba posita in prin. ꝺ. clemē. ibi vsuras solui ⁊ exigi nedum conce-
dunt: sed ad soluendū easdē debitores scienter compellunt ⁊c. Et
postea subnectat de impedientibꝰ repet. vsurarū ad que ꝟba refer
tur postea penalis decisio illius cle. cū puniat eos q hmōi statuta
facerēt ibi hmōi statuta de cetero facere: cū illud relatiuum hmōi
habeat necessariā relationē ad statuta de quibus p̄missū erat per
verba. s̄. relata: ⁊ ad precedentia restringitur vt per glos. in verbo
hmōi. in proe. vj. ⁊ glo. in ꝟbo hmōi in. c. si abbatē. de elec. lib. vj. ⁊
glo. super simili ꝟbo in. c. solet: de snīa excōi. eo. li. ⁊ Jo. an. in. c. ve
niens. de prescrip. Et constat aliud esse impedire repetitionē vsu-
rarum aliud esse impedire punitionē q̄ fit per inquisitores ⁊ alios
hmōi officiales. p̄mum enim fit a partibus ⁊ ad id ad qꝺ exactor
in foro fori ⁊ poli artatur. ꝺ. c. quia in oībꝰ. c. super eo. c. cum tu. ⁊
per totum titulum de vsur. scdm fit a iudice ⁊ de eo ad qꝺ in foro
conscientie non artamur. c. fraternitatis. xij. q. ij. per. ꝺ. Ant. ⁊ mo-
dernos in. c. fi. de prescrip. ⁊ per Bal. in. l. si quis ad declinandā. de
epis. ⁊ cle. Et maxime hoc dicendū est quoad penam statutariaȝ
que potest de facili contrario imperio statuentiū tolli. arg. l. nihil
tam naturale. de regu. iur. ⁊ l. ab emp. de pac. cū si. Ex quibus luce
clarius dicenduȝ est: ꝙ ex his que presupponūtur in themate ⁊ ex
lectura dictorū capitulorū dicti statuentes nō incurrerūt labē ex-
communicationis. Et insup dato sine preiudicio veritatis ꝙ ex-
communicationem incurrerint: tamen per breue pū excommuni-
cationem expresse remittens fuerunt absoluti per ꝟba clara ipsiꝰ
breuis que verba sunt clara: ideo non insisto iuxta. l. ille aut il'e. §.
cum in ꝟbis. de leg. iij. Circa tertium autem quesituȝ est premittē
dum ꝙ capitula prima sunt tꝑalia quoad tēpus. xv. annorū i eis
expressum: ⁊ subditur vlterius ad beneplacitum: cōmunis iō virtꝰ
autem dicti beneplaciti durat donec contrarium declaratur vel
decesserit ille in cuius beneplacitum remittitur si moriturus est.
vt in. l. iiij. ff. loca. ⁊ in. c. si gratiose. de rescrip. lib. vj. al's durat ꝑpe-
tuo donec reuocatur. ꝺ. c. si gratiose. ⁊ facit ad predicta qꝺ habeť
in. l. centesimis. §. j. ⁊. l. cum stipulatus sim stichum aut pamphi-
lum. in prin. de verb. oblig. Capitula eñ ipsa fuerūt facta nomine
cōitatis ⁊ per representantes cōitatem ex vna habentes. s. ad con-
cedēdū dicta capitula per illud tēpus. xv. annorū specialē ⁊ suffi
ciētem auctoritatem potestatem a consilio ꝙ ipsam cōitatē repre-
sentat. ⁊ ideo censeatur a cōitate facta iuxta ea que habentur in. l.
aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. ⁊ per Bart. in. l. oēs populi. ff. de iu.
et iur. ⁊ qꝺ habetur in. l. item eorum. §. si decuriones. ff. qꝺ cuiusqȝ
vni. nomine. ⁊ facit. l. fi. C. vbi ⁊ apud quem. hoc premisso cum nō
presupponatur in pūcto quam baliam habeant dñi priores repe
rio quosdā doctos viros tudertinos referre ꝙ habēt eam potesta
tem quā hȝ totum commune ⁊ hoc ex forma censure municipalis.
Et quidem si hoc esset res foret expedita ꝙ possent prout ⁊ potuis
set declarare ipsa communitas. Tamē ipsa est supuacanea: nam
ex quo donec reuocatur durat prout. s̄. deductum est in illo tēpo-
re quinqȝ annoꝝ qꝺ declarauerunt dicti dñi priores ⁊ in illo. x. an
noꝝ declarato scꝺo loco per officium priorum durant illa capitu-
la prout et sicut tꝑe primoꝝ. xv. anno. de quibꝰ fit expressa mētio
in ipsis primis capitulis solum differt vnum tp̄s ab altero: q2 tem
pora beneplaciti de die in diem possunt capitula reuocari seu de-
clarari ꝑ cōitatem qꝺ amplius non durat non sic potuisset fieri in
illo primo tꝑe. xv. annoꝝ. non video autem quid expediat tracta-
re ⁊ discutere an potuerint declarare illud beneplacitum nisi forte
quis velit dicere ꝙ īfra illa tēpora declarata. s. quinqȝ aut. x. anno
rum non potuerit communitas declarare beneplacitum nō dura-
re: sed postea sic ad sui beneplacitum. Nihilominus hoc non esset
expeditum per id quod habetur in. l. si stipulatus sim mihi stichū
7 aut pamphilū. ⁊ in. ꝺ. l. centesimis. de verb. oblig. † Circa quartū
autem quesitum similiter dicendum est rē esse satis claram ⁊ depē
dentiam habere a supradictis. Nam ex quo circa precedēs quesitū
dictum est ꝙ prima capitula durabāt donec beneplacitū reuoca
batur: ⁊ illa declaratio facta per dños priores primo loco de qnqȝ
annis ⁊ scꝺo loco de. xv. potius tenderet ad abundantem cautelā
ꝙ̄ vt forēt necessarie seu opportune: ⁊ que ex abūdāti ⁊ gratia du
bitationis fiunt non nocent. l. testm̄. C. de testamētis. ⁊ l. si pupilli
in prin. ff. de neg. gest. nec ius cōe ledunt. l. que dubitationis. ff. de
reg. iur. et facit. l. pediculis. §. labeo. ff. de auro ⁊ arg. lega. ⁊ l. cōsen
su. §. qꝺ si preter. C. de repudijs. ⁊ l. cū ꝑponas. C. ꝺ interdicto ma
trimonio. cū si. Restat necessario ꝙ durant prima capitula non re
uocata qꝺ ⁊ scꝺo probatur: quia inducta in fauorē ⁊ augmētū nō
debent redundare in odium seu inducere diminutionē. l. qꝺ fauo
to tenore instrumēti dicte permissionis.Si eñ forent ciuitatis pdi
cte militarent in terminis dicta iura:nec esset decurrēdū ad argu
mentum paritatis rationis vel a simili.Nec obstant adducta ī cō
trarium:qz quatenus pertinent ad negotiū principale satis rñsio
nes deprehēdūtur ex adductis pro hac parte.Nō eñ ob.illud qd
dicebatur q dñi priores non possunt iura dicte cōmunitatis alie
nare z ista cōcessio videatur iuriū alienatio vt ibidē deductum est:
quia rñdetur q imo ista non fuit alienatio iuriū cōmunitatis tu-
dertine cum dicti muri nō sint dicte cōmunitatis nec cōmunitas
ipsa in ipsis muris iura habet:vt.s.demōstratum est.Et licet de
iure requiratur pmissus principis vel psidis:tamē vt dixi nō vide
tur q hoc de cōsuetudine requiratur.Et maxime qñ fit p vniuer-
sitatem ipsam vel ab alio vice vniuersitatis:put hec late.s.demō
strata fuerūt.Et insuper cōclusum q quicquid sit circa ista:tamē
do.Baptista non potest de facto priuari sine iuris cognitiōe sua
detētione seu possessione quā habet.Nec circa hoc aliquid faciunt
22 adducta in cōtrariū.†Quātū aūt ad impēsas licet de eis nō quera
tur in puncto nihilominus rñdeo ad adducta in cōtrariū q dicti
Baptista et Andreas censentur bona fide fecisse dictos sumpt'.
Nā mala fides includit dolū:z ppterea iuris ignorātia facit cessa
re malā fidē.l.sed et si lege.§.scire.ff.de peti.heredi.Quelibet enim
causa siue iusta siue iniusta excusata dolo.l.igitur.ff.de lib.causa.z
not.gl.z doc.in.l.vnica.§.fi.ff.si qs ius dicēti nō obtē.z i.l.satisqz.
ff.de in ius.voc.Et licet iuris ignorātia non psumatur vt deductū
est:quia ascribitur late culpe.d.l.late culpe.Tamē nec dolus psu-
mitur.l.quotiēs.§.qui dolo.ff.de pba.z.l.merito.ff.pro socio.cum
si.Unde saltem qñ aliqua cōiectura cōcurrit nō videtur presumen
da mala fides:sz bona.In casu aūt nostro ↄcurrit verisimilitudo
z cōiectura q dicti Baptista z Andreas ignorauerint eis nō lice
re quia verisimiliter nō fecissent ita in publico illas impēsas tanq
in re aliena seu nō sua.put fecerunt quia esset quodāmodo iactare
suum qd nemo presumitur facere.l.cum de idebito.de proba.z.l.si
cum aurū.ff.de solu.Itē verisimiliter petijssent licētiā z pmissionē
a gubernatore seu legato qui proconsuli vel presidi ↄparatur.d.c.
ij.de offi.leg.lib.vj.Nec verisimiliter minus de facili illā obtinuis-
sent a gubernatore vel legato quā a priorib':adeo q nullo pacto
persuaderi pōt q voluissent tot impēsas pdere z nō ipetrare licen
tiam a gubernatore:prout fecerūt a prioribus si credidissent non
sufficere licentiā priorū.Concurrit etiā quia videbant multos ha-
bere domos.s.muros ciuitatis.Item cōcurrit q solent priores ci
uitatis seu aliorū municipiorū frequētius curā assumere de muris
ipsi' ciuitatis seu municipiorū q presides vel legati.Que omnia
persuadere poterant q hmōi pmissio spectaret ad ipsos priores:z
sic psumatur bona fides et iuris ignorātia nō dol' vel mala fides.
Cōcurrit etiā quia dicitur in dicta permissione z in supplicatione
ipsorū Baptiste z Andree remaneat apud cōmunitatē in quo in-
cluditur etiā iuris error attētis supradictis.Cōcurrit etiam q ipsi
priores verisimiliter non cōcessissent si putassent eis nō licere:attē-
to q nullū eorum cōmodū vertebatur in ea permissione.Unde ex
his oībus intrepide est concludendū q dicti baptista z Andreas
bona fide dictas impensas fecerint nō mala fide.Et sic nō obstat
ratio circa hmōi impensas in contrariū adducta.Et sic sibi consu
latur per viā retētionis per iam dicta.Et si dicatur licet dicti Ba
ptista z Andreas per viam retētionis habeant cōsequi eorū ipen
sas.Nihilominus debent compensare fructus quos perceperūt ex
dicta colūbaria per tex.ad hoc notabilē.in.d.l.sumptus.in fi.Naz
ad hoc videtur posse respōderi q illa.l.loquitur in fructibus perce
ptis ex re aliena.et licet a paritate rationis foret trahenda etiā ad
mercedes que loco fructuū sunt.l.mercedes.ff.de peti.heredi.z.l.si
nauis.ff.de rei ven.z.l.si vrbana.ff.de cōdi.inde.Tamē nō videtur
trahēda ad eum qui nō percipit mercedē neqz fructus:sed solū vti
tur re quā putat esse suā:maxime si non est res q̄ soleat locari:licet
locari posset.Tunc enim non percepit fruct' neqz mercedes:z sic
cessant.d.l.mercedes.z.d.l.si vrbana.Nec etiam solent colūbarie lo
cari.Non eñ memini me vidisse aut audiuisse colūbariam aliquaz
locatā:z sic cessat.d.l.si nauis.que loquitur in taberna et area que
locari solet:vñ a cōtrario aliud in ea que locari nō solet:licet locari
possit:pterea loqtur in male fidei possessore.Nos aūt in bone fidei
possessore qui solet facere suos fructus consumptos.l.qui scit.ff.de
vsur.z insti.de rerū diuisio.§.si qs a nō dño.z.l.i bone fidei.in pn.
ff.de acq.rerū do.z saltē nō tenetur pro fructibus pceptis nisi qua
tenus est effectus locupletior.l.sed si lege.§.consuluit.de peti.here.
et.l.fruct'.z.l.ex diuerso.de rei vē.z.l.certū.C.eo.ti.cuz no.in dictis
iuribus.ex colūbarijs aūt non solēt possessores cōiter effici locuple-
tiores vltra impēsas que pro eis manutenēdis exponunt:sed solēt
haberi pro cōmodiori vita honore z ↄsolatione.Ex qbus videtur
q aut nulla aut parua sit habēda ↄsideratio dicti vsus.Laus deo.

¶Summarium super consilio.ccxxxviij.

1 Substitutio cōpendiosa facta sine etatū dinumeratione an sit omni tempore fideicōmissaria etiam si fiat pupillo.
2 Legata seu fideicōmissa veniunt in substitutione compēdiosa seu fideicōmissaria.
3 Accrescendi ius an habeat locum inter cōiunctos verbis tantum adeo q portio deficientis accrescat sibi coniuncto tātū z an impediatur ex illa distributiua equis portionibus.
4 Prescribit aduersus ius immiscendi vel adeūdi.xxx.vel.xl.annis.

¶Consilium.ccxxxviij.

In nomine dñi nrī Iesu
1 christi.¶†Circa primum cōsultationis articulum est
ante omnia aduertendum q dicte Mattheutia z Uā
nutia:prout mihi dicitur extra punctum decesserunt in pupillari
etate.Unde cum in testamento Iacoputij eorum patris fuerit fa
cta substitutio compendiosa eisdē Mattheutie z Uannutie vna
cum ceteris filiabus per hec verba q si aliqua dictarū suarū filiar
decesserit quandocunqz sine filijs substituit ei seu eis heredes scri-
ptos in testamēto.Unde hoc insulgeret nō mediocre dubiū an di
cta substitutio cōpendiosa intra pupillarem etatem sit directa:an
vero omni tēpore fuerit fideicōmissaria.Circa qd varie sunt docto
rum sententie.Glo.enim z docto.antiqui cōiter tenebāt q substitu
tio compendiosa facta per verba cōmunia sine distributione tem-
porum:prout est ista de qua agitur sit omni tpe fideicōmissaria in
cōtrariū adducitur tex.in.c.si pater.de testamētis.in.vj.per quem

tex. cōmuniter canoniste ꝛ etiam legiste moderni sunt ĩ cōtraria sentētia: scʒ ꝙ intra tempora pupillaris etatʒ sit directa: ꝛ pleriqꝫ hanc modernorũ opinionē limitant non procedere quādo mater est in medio: prout ꝛ contingit in casu nostro. Quas opiniones ꝛ motiua hincinde latius al's prosecutꝰ fui in. l. ꝓcibus. C. de impuberum: ꝛ ibi per doct. cōmuniter: ꝛ etiam. in. l. centurio. ff. de vul. et pupil. ꝛ in. c. raynutius. extra de testamētis. ꝛ in. d. c. si pater. Et lōgum esset in presentiarũ ea recensere ꝛ agitur ꝺ paruo interesse per ea que. i. dicam. Solitus autem sum tenere ꝛ legendo ꝛ cōsulēdo opinionem modernorũ per. d. c. si pater. In hac autem consultatione obstat ꝙ non resultet substitutio pupillaris: quia substitutio fuit facta personis imparibus. Nam substituit omnibus filiabus quarũ alique non erant impuberes. Ita ꝙ in eis nō poterat militare substitutio pupillaris: iuxta. l. post aditā. ꝛ. l. precibus. C. de impuberum. ꝛ. l. moribus. ꝛ. l. in pupillari. cum simi. ff. eo. titul. Quādo autē substitutio fit ꝑsonis imparibꝰ videtur interpretanda ꝙ resultet talis substitutio que verificari possit in omnibꝰ ꝑsonis. arg. l. ꝗuis. et. l. hereditatem. C. de impuberũ. ꝛ. l. iaʒ hoc iure. ff. de vulg. ꝛ pupil. et in. l. in testamēto. C. de test. mili. Etꝰ ꝑpterea Imo. in. q. de facto dicebat ꝙ substitutio cōpendiosa facta puberi et impuberi in neutriꝰ ꝑsona est pupillaris ex quo ĩ ꝑsona puberis non cadit pupillaris: qđ ꝛ videtur velle Bal. in. d. l. in testamēto in. iij. q. cōcludēs dici posse ꝙ si est facta substitutio breuiloqua et compendiosa mista puta post mortem vestrā inuicē substituo testator fecit plures substitutionũ species: et ꝙ ĩ vna ꝺficit suppletur per aliam dũmodo seruetur equalitas per. d. l. ꝗuis. Et sic qa nō seruaret̃ equalitas si in persona vnius esset pupillaris ꝛ in persona alterius fideicōmissaria: ideo sentit dictā compendiosam substitutionē adaptari ad solam fideicommissariā. et idem consuluit Bar. in cōsi. qđ incip. niuarellũ quondā cecchi in ordine. xvij. ideʒ etiā sentit Ponta. in. d. l. in testamēto dicens Bal. ibi bene loqui. Aliud aũt cōcludit Pau. de cast. ibi dicens se sup hoc ꝯsuluisse. ſ. qđ intra pupillarē etatē sit pupillaris: quia magis interest pupilli ꝙ sit pupillaris substitutio que cōtinet fauorem quā ꝙ sit fideicōmissaria que continet onus. iura autē que loquūtur in hac materia qđ seruetur equalitas loquūtur in directis substitutionibꝰ puta in breuiloqua q̄ verificatur in vulgari vel pupillari qñ vtraqꝫ cadere potest alias in altera tantũ. d. l. iam hoc iure. ꝛ. d. l. in testamēto. et. d. l. hereditatē. ꝛ. d. l. ꝗuis similiter loquit̃ in directis substitutionibus ꝛ hāc opi. vr̃ tenere etiā Rapha. fulg. in. d. l. in testamento. ꝛ facit. d. c. si pater vbi traditur reg'la ꝙ qñ substitutio potest interpretari ꝙ sit directa est interpretāda potius directa quā fideicōmissaria: adeo ꝙ negari nō potest hũc articulũ esse dubiuʒ: quem nō intendo pro nũc decidere: quia nihil aut parũ interest ad propositũ nostrũ vt ex. ĩ. dicēdis apparebit. Negari aũt nō potest quin longe maior sit autoritas Bar. Bal. Imo. ꝛ Pōta. ꝙ Sali. et Pau. de cast. Si aũt diceremus fuisse substitutionē pupillareʒ in ꝑsonis dictarũ impuberũ omnis hereditas earũdem esset deuoluta ad dictũ Paulũ ꝛ Palittũ: quia substitutio pupillaris excludit matrē. d. l. precibus. ꝛ. l. papinianus. ſ. sed nec impuberis. ff. de inoffi. testa. Uerũtamē quia dicti Jacobus et Palittus nō apprehenderunt hereditates dictarũ Mattheutie et Uānutie illā non transmiserũt. l. qñ sororem. C. de iure delibe. ꝛ. l. vnica. ſ. in nouissimo. C. de cadu. tol. nec transmiserũt ius deliberādi: quia ꝑutꝰ mihi dicitur non habuerũt notitiā delate hereditatis prout requiritur ad illius iuris transmissionem prout ꝓbatur in. l. cum antiquioribus. C. de iure delibe. Et tradũt doc. ibi. ꝛ Bar. in. l. qui duos. ff. ꝺ reb. dubi. Preterea illa trāsmissio est annalis: vt. d. l. cuʒ antiquioribus. ꝛ annus est iam elapsus. Posset aũt dici: qꝛ dicti Palittꝰ et Jacobus decesserũt ignorātes hereditatem sororũ eis delatam transmiserũt ius petendi in integrum resti. per. l. pantonius. ff. de acqui. here. ꝛ arg. l. ventre. eo. ti. prout est cōis docto. cōclusio in. d. l. pantonius. ꝛ in. l. si infanti. eo. ti. ꝛ in. l. j. C. de resti. mili. Nihilominus ius petēdi in integ. resti. durat quadriēnio. l. fi. C. de tempo. in integ. resti. qđ iam est elapsum cum ignorātia verisimiliter nō cadat in herede dicti Jacobi: que prout dicitur fuit mater ipsius q̄ etiā erat Mattheutie ꝛ Uānutie nō ignara mortis earũ. arg. l. ꝺ tutela. C. de in integ. resti. mino. ꝛ. l. octauij. ff. vñ cog. ꝛ dicitur etiā non ignara dicti testamēti Jacoputij: qui etiā aliqua sibi reliqt. Exclusis itaqꝫ Palitto ꝛ Jacobo substitutis hereditas dictaruʒ Mattheutie et Uānutie deuoluta fuit ad earũ matrē proximiorē cōsanguineā tpe delate hereditatis ab intestato qđ tēpus inspicitur. l. si quis filio exheredato. in prin. ff. de iniu. testa. Superant enĩ sorores cōsanguinee tñ que excludũtur a matre per auť. defũcto. C. ad tertul. Nihilominus ipso iure similiter decessit hereditate dictarum filiarũ nō adita. Licet enĩ possederit bona hereditaria dicti Jacoputij ꝛ dicti Jacobi ꝑtextu testamēti ipsius Jacobi. Nō tamē adiuit hereditatē dictarũ Mattheutie ꝛ Uānutie que cōsistebat in illis sexcētis libris nō in bōis hereditarijs. Exclusa itaqꝫ dicta matre per eius mortē deuoluta fuit hereditas per successoriũ edictũ ad dictas sorores cōsanguineas q̄ supsunt volũtqꝫ hereditatē dictarũ Mattheutie ꝛ Uānutie adire. Cōstat enĩ ꝙ qcqd

olim dicendũ fuisset habet hodie locũ successoriuʒ edictũ in agnatos. ſ. placebat insti. de legi. agna. succes. et habetur in. l. qui se patris. C. vnde liberi. ꝛ in rub. C. de successorio edic. Si aũt teneamus substitutionē factā dictis Mattheutie ꝛ Uānutie fuisse fideicōmissariaʒ illa quātũ ad legitimā earũ dē euanescit cũ ab ea remoueat̃ omne onus. l. qñ in prioribus. C. de inoffi. test. Nec. ſ. legitimā nō multũ restat: ꝑut ꝛ deducet̃ ex. ĩ. dicendis circa ƀʒ articulũ. Unde ipsa legitima deuoluta fuit iure hereditario. Primo ad dictos Jacobũ ꝛ Palittũ fratres vtrinqꝫ cōiũctos ꝛ earũ matrē qui cum decesserint hereditate nō adita non transmiserunt ꝛ subsequenter hereditates illarũ deuolute sunt ad dictas sorores cōsanguineas per dicta. ſ. quo ad illud autē residuũ vltra legitimā dicēdũ est ꝙ pro medietate similiter deuolutũ est ad dictas sorores vigore testamenti dicti Jacoputij. Alia autē dimidia deuolueretur ad alios

2 substitutos. † Aduertēdum est enĩ ꝙ in substitutione cōpendiosa seu fideicōmissaria veniũt legata ꝛ fideicōmissa relicta ipsi heredi grauato. l. marcellus. ſ. quidā liberis. ff. ad treb. ꝛ. l. cũ virum. C. de fideicō. cum simi. in ista ergo dimidia dicti residui interest scire an substitutio facta dictis Mattheutie ꝛ Uānutie fuerit pupillaris an fideicōmissaria: in qua difficultate sunt dicte autoritates ꝯtrarie. ſ. relate ꝛ ratio multũ suadere videtur opi. Rapha. ꝛ Pau. de cast. ꝛ etiā regula que sumi pōt: vt. ſ. ex. d. c. si pater. licet nō audeā illam firmare maxime ꝑpter autoritatē Bar. ꝛ hoc quoad ꝑmam

3 consultationē. ¶ † Deueniēdo itaqꝫ ad secundā. primo dicendum est ꝙ dicti Thomas et Massiottus fuerũt cōiuncti verbis tantũ: adeo ꝙ si portio alterius defecit accrescit sibi cōiuncto: vt est text. quasi in ꝓprijs terminis in. l. si duobus. ſ. titio. ff. de leg. j. Probatur enĩ ibi ꝙ illa verba equis portionibus nō impediunt ius accrescēdi: prout ꝛ no. ibi Bal. ꝛ doct. transeunt. Et ꝑpterea portio dicti Massiotti ĩ casu nostro deuoluta fuit ad dictũ Thomā per. d. ſ. titio. cũ ibi no. ꝛ. l. vnicā. ſ. vbi aũt legatarij. C. de cadu. tol. ꝛ que per Bar. in repe. l. re cōiuncti. de leg. iij. qđ reputo satis clarũ: ideo nō insisto Sed dubiũ cadere pōt an dictus Paulus potuerit totā dictā domũ ꝛ dictũ petiũ terre relinq̄re dictis Thome ꝛ Massiotto: attēto ꝙ erat grauatus de restituēdo hereditatē dicti Paulutij ipsis substitutis quibus non potuit ꝑiudicare dictꝰ Paulus: vnde est videndũ pro qua portione potuit dictam domũ ꝛ dictuʒ petiũ terre relinquere dictis Thome ꝛ Massiotte. ꝛ certe dicenduʒ est ꝙ. d. Paulus poterat detrahere legitimā suā ꝛ trebellianicam cum diuerso tpe detrahēde veniāt. Ideo ambe detrahi possunt. d. c. raynutius. ꝛ. c. raynaldus. de testamētis. ꝛ. d. c. si pater. ꝛ per gl. ꝛ doc. in. l. ꝙꝙ. C. ad. l. fal. Est itaqꝫ vidēdũ quātũ sit ista legitima. Et profecto cuʒ fuerint. ix. filij legitima omniũ est dimidia totius hereditatis. auť. in nouissima. C. de inoffi. testa. ꝛ sic legitima dicti Pauli est dimidia eius qđ ipse esset ab intestato habiturus vt ibi. ꝛ. l. cũ queritur. ꝛ. l. parētibus. eo. ti. ꝛ. l. papinianꝰ. ſ. quarta. ff. eo. titu. In successione autē ab intestato qlibet ex ipsis. ix. filijs successisset pro nona parte ꝛ dicte filie dotate habuissent conferre dotes quas receperāt. ff. de collatione dotis. per totũ. ꝛ. C. eo. ti. l. filie dotem cuʒ qnqꝫ sequentibus. ꝛ. l. filie. licet in sacris. ꝛ. l. vt liberis. Uñ reducēdo rem ad calculũ dicitur mihi qđ hereditas Paulutij erat estimationis. cccc. aureorũ ꝛ dotes dictarũ quinqꝫ filiarũ ascendebant ad. ccc. aureos. Itaqꝫ facta collatione dictarũ dotium resultaret cumulus. dcccc. aureorũ. De qbus. dccc. florenis dictus Paulus successisset in nona parte. Ita ꝙ dimidia istiꝰ none partis est sua legitima per regulaʒ. d. l. cum queritur. ꝛ. d. l. parētibus. ꝛ similiter legitima dicti Palitti pari ratione cui Palitto successit ꝑut dicitur Paulus suus frater: legitima itaqꝫ dictorũ Pauli et Palitti est. ix. pars. dccc. florenorũ que ascendit ad valorē. lxxx. florenorum vel circa qui. lxxx. floreni sunt minus quā sexta pars dictorũ cccc. vnde sexta pars dictarũ rerũ legatarũ Thomaso ꝛ Massiotto spectabat ad dictũ Paulum ratione legitime ipsius Pauli et Palliti. De residuo autē dictorũ. cccc. aureorum dictus Paulus habebat ius detrahēdi trebellianicā que est quarta pars illius residui: de quo veniũt detrahēde ille. dc. libre relicte dictis Mattheutie et Uānutie. ꝛ sic restant. ccc. aurei quoꝝ quarta pars ascēdit ad quantitatē. lxxv. flore. que quantitas iuncta quantitati legitime ascēdit ad quantitatē. clv. florenoꝝ que quātitas. clv. flore. est parũ minus quā si tertia pars. cccc. florenorũ: ita ꝙ plusꝙ due partes dictarũ rerum legatarũ per Paulũ: vcʒ dicte domus ꝛ dicte petie terre pertinent ad substitutos datos dictis Paulo et Palitto in testamēto dicti Paulutij ꝑsupposito ꝙ dicte res sint de hereditate dicti Paulutij prout presupponitur itaqꝫ dicte due partes et parum plus diuidetur inter substitutos quibus venit restituenda hereditas dicti Paulutij fm ratas in testamento Paulutij descriptas ꝛ residuũ permanebit apud legatariũ. videlicet Thomā predictum. Utrum autem heres qui dicitur nō adiuisse hereditatem cum beneficio legis ꝛ inuentarij teneatur integrum dictũ legatuʒ soluere dicto Thome non est nostre disceptationis: quia filie primi matrimonij consultant et ille prout dicitur ꝙ non sunt heredes Pauli: licet in testamēto suo pro parte institute: quia nolunt vt dicitur dictā hered. tatē adire. Et aduertendũ ad dicta circa primũ consultationis

consultatiõis articulũ si dicatur ꝙ dicte filie .s. Mattheutia ꝛ Uãnutia similiter nõ adiuerũt hereditatẽ: vnde illã nõ trãsmittant: nam ad hoc rñdetur ꝙ ipse transmiserunt bñficio suitatis. l. si fratris. C. de iure delibe. ꝛ. l. apud hostes. C. de su. et legi. cũ si. prout est cõmunis opi. in decisiuis indubitata nõ insisto. Itẽ ꝛ al's trãsmisissent ad infrascriptas legatarias: quia institute in certis quãtitatibus per ea que habentur in. l. quotiẽs. C. de heredi. insti. ꝛ in l. ex facto. ff. eo. ti. 4 † Item si dicatur ꝙ est pscriptũ aduersus ius immiscendi aduersus qd prescribitur spatio. xxx. an. fm cõmunẽ sententiam que habetur in. l. licet. C. de iure delibe. rñdetur ꝙ de prescriptione. xxx. an. detrahit etas pupillaris. l. sicut. de pscrip. xxx. vel xl. qua etate pupillari detracta nõ erũt. xxx. anni a die mortis paulutũ posset ꝛ al's istari sup aliis rñsiõib' ʒ nõ curo. Laus deo.

Summarium super consilio. ccxxxix.

Substitutione tacita vulgari an cẽseatur tacite mater inuitata exclusa filia testatoris posthuma instituta in re certa per totũ.

1 Institutus in re certa censetur in toto et vniuerso institut' quando non habet coheredem vniuersalem nisi appareat de contraria testatoris voluntate.
2 Accrescendi ius an impediatur ex inutili substitutione.
3 Mater an ex vulgari tacita excludatur vel tacite videatur inuitata. nu. seq. per totum.
4 Pupillaris expressam continet vulgaris tacitam.
5 Testatoris voluntas coniecturis probatur.
6 Ueritas est iustitie mater.
7 Mens testatoris tollitur ex contraria coniectura.
8 Substitutio vulgaris facta in vnum casum ex pluribus comprehensis in capite impotentie vel in capite voluntatis an ꝛ quãdo comprehendat tacitam vulgarem in alios casus.

Consilium. ccxxxix.

IN nomine dñi nostri iesu christi. † Uidetur prima facie dicendũ ꝙ dicta dña Felix posthuma sit insolidũ hẽs dicti testatoris sui patris. Nam licet sit instituta in re certa: qꝛ in certa quãtitate: tamen quia nullũ habet coheredẽ illa institutio trahi videtur ad vniuersum per. l. j. §. si ex fundo. et. l. ex facto. ꝛ. l. si quis ita heres instituatur excepto fundo. ꝛ. l. quotiẽs. §. si duo. ff. de heredi. insti. ꝛ. l. quotiens. C. eo. ti. Non enim videtur posse dici aliquem alium esse institutũ in residuo hereditatis. Nam in residuo est institutus posthumus masculus si nascetur qui nat' nõ fuit. Itẽ Elisabeta mater testatoris est instituta sub cõditione si filius natus decesserit in pupillari etate: ꝛ sine filiis q̃ etiã cõditio euanuit: qꝛ ille qui nũꝙ nascitur nec fuit vnꝙ in rerũ natura decedere nõ põt cũ qualitas nõ detur sine subiecto. l. eius qui in puinciã. ff. si cer. pet. ꝛ. l. adeo. §. qd si toto. de acqui. re. do. ꝛ. l. ij. ff. de vsufru. Et priuatio pꝛsupponit habitũ: ꝛ sic mors vitã. l. x. de verb. obli. ꝛ. l. nõ põt videri desinere. ff. de regu. iur. similiter dicte dña Feliciana ꝛ dña Antonia fuerũt sub simili cõditione institute ꝛ substitute: ꝛ cõsequẽter pariter dicta cõditio euanuit eadẽ ratione: ꝛ cõsequẽter dicta dña Elisabeta mater ꝛ dicte dñe Feliciana et Antonia sorores testatoris non cẽsentur in illo residuo: et sic vniuersaliter institute seu substitute: ex quo conditio nõ euenit. l. j. in pri. ff. de regula cathoniana. Restat ergo qd nulla alia psona videatur instituta vniuersaliter ꝛ cõsequẽter videntur militare dicta iura. Accrescit em̃ vniuersum instituto in re certa nisi manifestissime cõtraria volũtas testatoris refragetur vt est expssum in. d. §. si duo ibi si modo volũtas patrisfamilias nõ refragetur que volũtas testatoris cõtraria non apparet manifestissime in casu nostro. 2 † Nec ob. si dicat ꝙ substitutio et inutilis impedit ius accrescendi: vt est text. sing. in. l. si ego. ff. de iniusto testa. quia rñdetur ꝙ si nõ haberet locum dictum ius accrescẽdi euanesceret testamẽtũ in totũ: prout euanescit in terminis. d. l. pe. per regulã iuris que dictat neminẽ paganum decedere posse pro parte testatũ ꝛ pro parte intestatũ. l. ius nostrũ. ff. de regu. iur. Et si res reduceretur ad causam intestati vniuersa hereditas deuolueretur ad dictã filiam: quia i successione prima causa est filiorum seu filiarũ ceteris omnibus exclusis. in auk. de hereditatibus que ab intest. §. j. ꝛ in auk. in successione. C. de suis ꝛ legi. Preterea aliud est ius accrescẽdi: de quo loquitur. d. l. pe. in qua duo fuerũt heredes vniuersaliter instituti. Ita qd vniuersa hereditas fuit distributa. Aliud est istud ius de quo ad psens agitur ꝙ nõ est proprium ius accrescendi: sed institutio censetur facta in vniuerso remota expressione certe quãtitatis: vt probatur i. d. §. si ex fundo. ꝛ in d. §. si duo. Preterea in. d. l. pe. substitutio est nulla fauore posthumi qui rumpit substitutionẽ vt sibi locũ faciat nõ vt alteri. sic. l. nã et si sub cõditione. §. rumpẽdo. ff. de iniusto. testa. Non ergo idem esset vbi alias esset substitutio nulla vt late tradit Imo. in. d. §. si duo. ꝛ Bar. in. d. l. penul. Preterea in casu nostro substitutio non fuit facta: qꝛ facta sub cõditione q̃ defecit quo casu dicit poti' nõ facta quã inutiliter facta: vt notabiliter pbat tex. in. d. l. j. de regula cathoniana ibi nõ esse datum legatũ verius est quam inutiliter datum: ita dicamus hic verius esse nõ esse factam substitutionem

3 potiusꝙ inutiliter factã. † Nec etiã videtur obstare si quis dixerit ꝙ licet mater nõ sit expresse instituta seu substituta in hunc casum: tamẽ censeatur inuitata ex tacita vulgari cõprehensa in expssa pupillari. Nam expressa pupillaris cõprehendit tacitã vulgarẽ. l. iam hoc iure. de vulg. ꝛ pup. vel ex tacita vulgari cõprehensa in expssa vulgari facta in vnũ casum. Nam expressa vulgaris facta in vnum casum cõprehendit sub se tacitã vulgarẽ in aliũ casum omissum ex verisimili mẽte testatoris: vt in. l. gall'. §. qd si tm̃. de libe. ꝛ posthu. et in. l. cum quidã pregnãtẽ. C. de insti. ꝛ substi. sub cõdi. fac. ʒ lec. Bar. Nã ad hoc videt posse rñderi ꝙ tacita vulgaris nõ admittitur qñ subest aliqua cõiectura volũtatis testatoris in contrariũ: vt probatur in. d. l. cum quidã pregnãtẽ fm vnã lectu. Ubi habetur per gl. fi. ꝛ doc. ꝙ tacita vulgaris nõ admittitur cõtra matrẽ testatoris: quia nõ est verisimile qd testator voluerit excludere matrem pꝑter substitutũ in ipso casu omisso vt est casus ibi fm vnã lectu. ꝛ multofortius idem dicendũ videt. in filia testatoris que solet magis diligi a patre quã matre iuxta. l. isti qdẽ. ff. qd me. cau. ꝛ. l. scripto. ff. vnde liberi. ꝛ. l. cũ ratio. ff. de bo. dam. ꝛ. l. cum acutissimi. C. de fideicõ. ꝛ. l. liberorũ. de verb. sig. Unde saltẽ in hereditate patris que deuoluit ex vulgari maior ratio videtur esse in filia testatoris quã in matre: put ꝛ tangit Bar. in. l. j. de vulg. et pup. Quinimo tacita pupillaris cõprehẽsa in vulgari: prout nõ admittitur cõtra matrẽ impuberis. l. precibus. C. de impube. Ita nõ admittitur cõtra fratrẽ impuberis filiũqꝫ testatoris cum subsit dicta maior ratio affectionis: put vult Ang. in. d. l. cum quidã pregnantẽ. ꝛ videtur velle in. l. ij. ff. de vulg. ꝛ pup. ꝛ Raph. ful. in. l. pcibus. C. de impub. in. iiij. col. dicit docto. idem velle in fratre qd in matre. licet Bar. et pleriqꝫ cõtra. Confert ad predicta: qꝛ testator verisimiliter voluit instituere filiã in illa certa quãtitate si masculus nasceretur: ꝛ si putasset illum nõ nasci verisimiliter instituisset in vniuersum: ꝛ qñ cõiunctus ex verisimili mẽte testatoris venit preferendus substituto substitutio ipsa vulgaris nõ impedit ius accrescendi. l. quidã testamento proculũ. ff. de vulg. ꝛ pupil. prout ibi dicũt Bar. ꝛ doct. per illum tex. ꝙ ꝛ voluit per eundẽ tex. Oldr. vt refert ꝛ sequitur Bar. in. l. re cõiuncti. ff. de lega. iij. in. ij. q. tertie partis principalis versi. tertio queritur merito idẽ dicamus in casu nostro: ꝛ maxime cum non simus in expressa substitutione cuius cõditio deficit. ꝛ. d. l. quidam testamento proculũ loquitur quãdo conditio nõ defecit: et si tollitur expressa fortius tacita que solum fundatur in coniectura tam mẽte testatoris vt habetur in dicta. l. precibus ꝛ. in. d. l. cum quidã pregnãtem. ꝛ in. l. ij. in prin. de vulg. ꝛ pupil. Unde de facili potest tolli per cõtrariam cõiecturam. Nam vna coniectura seu presumptio tollit aliã: vt no. in. l. diuus. de in integ. resti. ꝛ etiam in terminis nostris deprehẽdũt ex supradictis: ꝛ etiam ex his que hac materia tradunt Bar. ꝛ docto. in. d. l. j. ꝛ. ij. et in. d. l. precibus. ꝛ in. d. l. cum quidã pregnantem. Item videtur posse dici qd licet substitutio vulgaris expressa facta in casum impotentie cõprehendat tacitam vulgarem in caput volũtatis vel econtra: vt cõtingit in. d. §. ꝛ quid si tantũ. tamẽ facta in vnum casum ex plurib' cõprehẽsis in capite impotẽtie non cõprehendit tacitã vulgarem in alios casus vt est tex. in. l. si mater. in prin. ff. de vul. ꝛ pup. prout per illũ text. et l. pater seuerinã. in prin. de condi. ꝛ demõ. tenet ibi Ange. in. l. j. de vulg. ꝛ pupil. ꝛ similiter Bal. i. d. l. si mater. dicit p tex. ibi ꝙ substitutio facta sub vna cõditione non tradit ad aliã. Preterea in casu nostro nõ est facta institutio ex quo filius masculus nõ est natus: vnde nõ videt cadere substitutio facta filio qui nõ est nec vnꝙ fuit in rerũ natura cum substitutio sit scds gradus institutionis. l. j. de vulg. ꝛ pup. Ideo nõ facta institutiõe nõ videtur cadere substitutio: put no. glo. ꝛ doc. in. d. l. j. de vulg. ꝛ pup. 4 † His tamẽ nõ ob. cõtrariũ puto de iure rñdẽdũ. s. dictã Elisabetã matrẽ testatoris succedere ex testamẽto predicto tanꝙ substituta in vniuersa hereditate a dictis. c. florenis supra: ꝛ hoc p regulas. s̃. traditas qd in pupillari expressa cõprehenditur vulgaris. d. l. iam hoc iure. ꝛ ꝙ sub vulgari facta in vnũ casum cõprehẽditur tacita vulgaris in alium casum. d. §. et quid si tm̃. ꝛ. d. l. cum quidã pregnantẽ. multo forti' vbi cõcurrũt expressa pupillaris ꝛ vulgaris in vnũ casum expressa prout concurrunt in casu nostro in quo fuit facta simplex ꝛ expssa pupillaris sub pꝑria cõditione si decesserit in pupillari etate. Itez fuit facta expssa vulgaris sub illo casu quo decesserit. si ergo qlibet de p se includit tacitã vulgarẽ multo forti' ambe simul iũcte. arg. auk. itaqꝫ. C. cõia de succes. Ideo dicamus dictã matrẽ: vt. s̃. substitutam admitti ex vulgari substitutiõe ad hereditatẽ dicti testatoris cũ verificet cõditio substitutionis vulgaris ex quo posthumus vniuersaliter institutus nõ est heres: ꝛ sic verificatur caput ipotentie iuxta id qd habetur in. l. cum pponas. C. de here. insti. ꝛ i. l. paterfamilias testamẽto. ff. eo. ti. ꝛ in. d. l. j. de vulg. ꝛ pupil. cum si. Et pro hoc videtur casus in. l. qui vẽtri. ff. de vẽtre inspiciẽ. vbi fuit facta substitutio pupillaris vẽtri: ꝛ si venter nõ nascitur substitutus succedit ex tacita vulgari vt ibi pbatur fm lec. glo. quã doc. approbãt ibi. ꝛ in. l. j. ff. de vulg. ꝛ pupil. Pupillaris aũt substitutio cõcipitur sub cõditione (tacita vel expssa nõ refert) si ex vẽtre nascatur filius ꝛ in pupillari etate decesserit cum alia substitutio pupillaris

non possit in his terminis sibi locū vendicare: vnde ita pariter in terminis nostris dicta Elisabeta substituta filio nascituro si in pupillari etate decesserit veniat ex vulgari tacita si posthum⁹ nō nascatur: ꝛ cōsequenter nō possit esse heres: vnde nō differunt termini nostri a terminis. d. l. vētri. vbi videtur casus pro ista domina Elisabeta. Nec potest assignari differentia ꝙ hic vēter nō erat plenus masculo instituto. Ibi autē sic: nam imo ibi non apparet qꝺ venter fuerit plenus: quinimo ibi venter custoditur ad instā tiam pupillaris substituti ad hoc vt si ex vētre nō nascatur posthumus ipse succedat ex vulgari tacita prout volunt ibi glo. et do. et sic cōsideratur ibi iste casus. s. si vēter erat vacuus. ꝛ Bar. in. d. l. j. de vulga. ꝛ pupil. declarat substitutum succedere ex vulgari tacita si posthumus non nascatur: licet limitet quādo diu superuiueret postea testator cōtra quam limitationem instat ibi Imola sꝫ non pertinet ad casum nostrū ipsa limitatio: sed dictū Bar. quod

5 sequitur Imo. et ceteri videtur quasi in ꝓprijs terminis. ¶ † Nec obstat id qꝺ dicebatur in contrariū. s. ꝙ tacita vulgaris nō admittatur cōtra filiaꝫ testatoris tanꝙ magis verisimiliter dilectā quā ipsa mater. Nam respōdetur qꝺ imo non cadit dicta coniectura in nostris terminis in quibus dicta mater fuit vulgariter substituta: et sic etiā in hereditate testatoris ipsa mater fuit magis dilecta quā ipsa filia. Nā si fuissent nati filius ꝛ filia et fili⁹ decessisset recusata hereditate ipsa mater excluderet ipsam filiam ex expressa vulgari: ꝛ prout in illo casu excludit: ita etiā excludit ī alio ꝓut hanc rationem in similibus terminis adducit Barto. in. d. l. ij. de vulga. ꝛ pupil. versi. quero qd de pupillari: partim tacita. Nec est mirum si ipsa mater in casu nostro fuit magis dilecta filio quam filia nascitura non adhuc visa a testatore. Solet enim plus diligi nata quam posthuma nascitura: prout habetur in. l. qui filiabus. de lega. j. Et docet continuo experientia rerū magistra. c. quā sit in prin. de elec. lib. vj. ꝛ c. statutum. in prin. eo. ti. et li. ꝛ. l. legatis. §. ornatricibus. de lega. iij. Item ipsa mater donauerat ipsi filio testatori omnia sua bona. Unde filius erat eidēꝫ obligatus ad antidora. l. sed et si lege. §. consuluit. ff. de peti. here. Unde de facili presumendū est qꝺ voluerit remunerare dictam matrē. Naꝫ licet alˀs non soleat donatio presumi. l. cum de indebito. ff. de proba. et. l. si cum aurum. ff. de solu. et. l. si filius. de dona. Tamen fallit quando precesserat donatio: ita qꝺ cadebat obligatio ad antidora. Nā vt illi obligationi satisfiat inducitur presumptio donationis vbi alˀs cessaret. l. si vero nō remunerandi. §. inde papinian⁹. ff. mā. Presumitur ergo animus remunerandi: vnde concurrente affectiōe materna: ꝛ predicta obligatione ad antidora: ꝛ expressa vulgari facta in vnum casum puto resultari satis euidentem cōiecturā mentis testatoris ꝙ voluerit in vniuersali hereditate preferre matrem filie: maxime cum concurrat alia coniectura: quia testator cogitauit casum quo sola filia nasceretur: et tamē ipsam eo casu non instituit vniuersaliter. Sed in certa quantitate qꝺ non ex alio videtur factum nisi quia non intendebat qꝺ ipsa esset heres vniuersalis etiam si sola nasceretur. arg. l. cum pretor. in prin. ff. de iu. cum concor. Et est cōiecturandum qꝺ ille casus quo filius non nascetur fuerit in substitutione omissus ex inaduertētia ꝛ forte ex defectu notarij: prout audio ꝙ sunt plures testes id ꝓbantes. s. ꝙ testator expressit qꝺ volebat qꝺ mater esset heres in residuo si sola filia nasceretur: ꝛ ꝙ notari⁹ etiā illud asserit ꝛ libēter illud adderet in instrumēto testamēti si illud sibi liceret ꝛ ego ipse fui super hoc cōsultus vtrū notarius licite possit illud facere ex quo ipse hꝫ notitiā huius veritatis: ꝛ etiam sunt ꝙ plures alij testes id deponētes qꝺ s. testator si filia sola nasceretur instituit in residuo dictā Elisabe-

6 tā. ¶ † Unde hanc veritatē debemus pro posse iuuare: iure tamē medio. ad iudicē enim spectat semper amare veritatem: ꝛ illam inuestigari ac illi inherere. xxx. q. v. iudicantē. ꝛ. l. ij. C. de eden. et. l. si eum. in fi. principij. ff. si quis cau. cum concor. ibi in gl. adductis ꝛ veritatē colimus dicit imperator in. l. j. C. de edili. libertate tol. Est enim veritas mater iustitie. dicit Bald. in. l. libertini. ff. de statu. ho. Hinc est ꝙ quādoꝗ verbū vera ponitur pro iusta: vt est gl. ibi. et insti. de libertinis. in prin. vnde dato ꝙ testes ꝓdicti nō essent numero sufficientes ad probandā voluntatē testatoris nihilominus coadiuuarent. s. dicta et deberent plurimū mouere mētē iudicis in amplectenda. s. dicta interpretatione: vt sic inhereat veritati: ꝛ maxime circa cōiecturandā mentem testatoris: an voluerit tacitā vulgarem admitti cōtra filiam de quo. s. proxime dictū est: prout enim alias tacita pupillaris non admittitur cōtra matrem impuberis: vt in. d. l. precibus. C. de impub. ꝛ in. d. l. cum qdā pregnātez ſm vnā lec. ꝛ habetur per Bar. ꝛ doct. in. d. l. ij. Tamen hoc fallit qn̄ alia fuisset mens testatoris: prout notat glo. in. d. l. precibus ꝑ. l. in testamento. in fi. C. de testa. mili. Quod ꝛ sequuntur doc. ibi. ꝛ Bar. in. d. l. ij. in prin. ff. eo. titu. in ver. vlterius procedo dixi ꝙ tacita pupillaris ꝛ ista volūtas ꝓbatur ex cōiecturis. Nā si esset expressa volūtas nō videretur esse tacita pupillaris prout ꝛ tāgit Bar. in. d. versi. vlterius procedo subdens in sequenti versi. qui incipit. quero ergo ꝛ reuoco in dubiū ꝙ dicta presumpta seu cōiecturata voluntas probatur per duos testes: nam ista ꝓbatio fit ad declarationem huius volūtatis. s. tacite pupillaris cōtenta in expressa vulgari probatio declaratoria fieri pōt per duos testes. l. heredes palam. §. sed si notam. ꝛ ibi per glo. et Dy. de testa. ſm eum qui in sequēti versi. subdit ꝙ presumitur dicta volūtas ex quatuor principaliter. primo ex his que testator dixit extra testamētū scdo ꝛc. et dictū primum membrū exemplificat si testator ante predixerat si filius meus morietur nollem ꝙ mater eius haberet vnū oboluꝫ vel similia verba: vnde cōiungendo cum eius dictis in precedenti versi. s. relatis apparet qꝺ dicta verba extra testamentuꝫ prolata sufficienter probātur per duos testes ad declarandū ꝙ testator voluit tacitā pupillarem admitti contra matrem que omnia pariter cadunt in tacita vulgari quoad hunc effectū interpretandi volūtatem an testator voluerit eam trahi cōtra filiam ipsi⁹ testatoris. Cum subsit eadē ratio. ergo idem ius. l. a titio. de ver. obli. ꝛ. l. illud ad. l. aqui. cum si. Dicitur autē mihi ꝙ plures testes dicūt ꝙ testator dixit matri hmōi verba vel similia reliquo ne filie mee ducēta et dicta mater dixit quid restaret mihi: et testator dixit qꝺ dicebat verū propterea descendit ad relinquendū solum cētū. Ex quibus verbis extra testamentum prolatis apparet ꝙ testator volebat ꝙ nō nato filio etiā in vita filie residuū hereditatis spectaret ad matrem. Nam si filius extitisset matri nihil restabat: quia in residuo erat institutus filius nasciturus. Unde verba. s. dicta non respiciebant nisi hunc casum: vnde apparet ex dictis verbis si probaretur quod mens testatoris erat nō nato posthumo masculo in residuo hereditatis preferre matrem filie: ꝛ per cōsequēs adhibēda est illa interpretatio ꝙ in pupillari expressa ꝛ in vulgari facta in vnuꝫ casum cōprehendatur tacita vulgaris in aliū casum: que admittat contra filiā testatoris in re certa institutā: vnde cōsulendum est dicte Elisabete substitute ꝙ conetur probare dicta verba vl' similia in testamēto vel extra testamētū prolata: dato ꝙ nō habeat septē testes qui requiruntur ad probandā volūtatē testatoris. l. heredes palam. in prin. ff. de testamētis. ꝛ. l. iubemus. C. eo. ti. cuꝫ si. Cōfert etiam ad ꝓdicta: quia mater est in possessione dictorum bonoruꝫ: adeo ꝙ ipsa habet sustinere partes rei ꝛ in re dubia poti⁹ est fauēdum reo quā actori circa decisoria iudicij. c. fauorabiliores. ꝛ. c. cū sunt partiuꝫ iura obscura. de reg. iu. in. vj. Unde multa conferunt pro parte matris et que non prosunt singula multa iuuant. l. ij. in prin. ff. de excu. tu. cum cōcor. ibi per gl. adduc. Ex quibus ꝯcludo ꝙ dicta mater censeatur inuitata saltē ex tacita vulgari ad hereditatem dicti testatoris exclusa dicta filia posthuma herede instituta in re certa nō obstantibus adductis in cōtrarium que vere non obstant. Non enī obstat ꝙ primo loco dicebatur per. d. §. si ex fundo. ꝛ. d. §. si duo. cum concor. s. adductis. Nam dicta iura cessāt in casu nostro: nam imo datus coheres vniuersalis. s. filijs nasciturís: ꝛ licet cōditio sub qua dicta vniuersalis institutio fuit cōcepta non euenerit tamē ex quo fuit dicto instituto data substituta vulgaris partim tacita ꝛ partim expressa per. s. dicta nō sumus in terminis dictorū iurū que loquūtur quādo nullus alius est scriptus

7 heres vniuersalis tacite nec exꝑsse vt in eis apparet. † Nec ob. ꝓdictis id qꝺ dicebatur in cōtrariū ꝙ hmōi tacita vulgaris nō debet admitti cōtra filiā. Nam. s. plene est ostē̄sum ꝙ in casu nostro ꝑisimilis mens testatoris ex multis apparet ꝙ voluerit matrē in hac vniuersali hereditate preferre filie per que tollitur dicta contraria cōiectura. s. in cōtrariū deducta. Nec etiā ob. id qꝺ dicebā ꝙ testator filiam voluit honorare in re certa qn̄ masculis nasceretur. Naꝫ imo verba aliud innuunt et etiā verisimilis mens testatoris: vt. s. ponderata. Unde ruit illud argumentū factū in cōtrariū per. d. l. quidā testamēto proculū. s. ꝙ substitutio vulgaris nō impedit ius accrescēdi qn̄ ex verisimili mēte defuncti cōiunctus ꝑfertur substituto. Nam in casu nostro verisimilis mens testatoris est in contrarium vt iam dixi. Preterea nulla fuit cōiūctio in casu nostro inter

8 filium ꝛ filiā merito non sunt pares termini. † Nec etiam ob. qꝺ in contrariū dicebatur per. l. si mater. de vulg. ꝛ pupil. s. ꝙ substitutio vulgaris facta in vnū casum ex pluribus cōprehensis in capite impotentie vel in capite volūtatis non cōprehendit tacitā vulgarem in alios casus. Nam respōdetur ꝙ alij tenent cōtrariū. ꝛ est casus ſm vnam. lec. in. d. l. cum quidā pregnantē. Nec est verū qꝺ i. d. l. si mater. §. j. substitutio fuit facta in vnū casum ex pluribus cōꝑhensis sub vno capite imo titius fuit substitutus si nepos heres non erit ꝛ varij dantur intellectus ad illū. §. vt patet ex notatis ibi per Imo. ꝛ ceteros: ꝛ prout etiā dixi in. d. l. cum quidā pregnātez: vbi latius rn̄dit ad. d. l. si mater. ꝛ ꝙ ibi per Bar. ꝛ Ang. ꝛ insup in. d. §. ꝛ quid si tantū substitutio fuit facta in vnum casum est plurib⁹ comprehensis sub capite impotentie. Et tamē trahitur ad alium. Preterea dato ꝙ non cōprehenderetur tacita vulgaris sub expressa vulgari facta in vnū casum: tamen comprehenditur sub pupillari expressa facta ventri. prout fuit facta in casu nostro si ex ventre nascitur⁹ decederet in pupillari etate: vnde sub ea cōprehēditur vulgaris posthumo non nato per casuꝫ. d. l. si ventri iuncta glos. vt. s. lati⁹ dictū est. Nec ob. ꝙ vltimo loco dicebā qꝺ substitutio vulgaris non cadit vbi non est facta institutio. Naꝫ respondetur qꝺ hic fuit facta institutio sub cōditione que euanuit in cuius defectum fieri potest.

fieri potest substitutio vulgaris valida: vt probatur in. l. iij. §. fi. ff. de libe. et posthu. vbi institutio ab initio est inutilis. Et tamē valet substitutio. idem probatur in. d. l. si ventri vbi saltē in sui generalitate est similis casus prout in casu nostro. et suadet ratio q2 testator substituendo voluit prouidere in casu quo deficeret institutio quā fecit siue ergo deficiat: qa sit ab initio omnino nulla siue al's videtur testator voluisse sibi prouidere: et cōsequenter vtroqz casu valeat substitutio. Nec testator se retulit in institutione ad nascitu rum ex vxore tunc pregnāte: sed magis generaliter se habent verba dicti testamēti recte intuēdo. Et insup testator nō solum vsus fuit verbo substituit: sed etiā verbo instituit q verbū adaptat cōmuniter ad primā institutionē et maxime cōiunctum verbo substituit vt sic inter cetera notatur et differētia et copula ponatur inter diuersa vt dicit iuxta no. per gl. in rub. de iu. et fa. igno. et maxime vt actus valeat et nō pereat. arg. l. quotiēs. ff. de reb. dubi. et l. quotiēs in stipulationibus. de verb. obli. cū si. Et sic remanet cōclusio firma et ex quo pbatū est q etiā stāte testamēto put in pūcto ddu citur nō est op9 insistere sup alijs qsitis: ideo pnō sisto. Laus deo.

Summarium super consilio. ccxl.

Coniuncti cōiunctione cum vel et quilibet ipsorū in tāta parte respectu defunctorū an habeantur loco vnius necne et quid quādo dictum fuit equis portionibus.

1. Copulatiue plures simul nominati an loco vnius habeant vel si nominentur per cum. nu. seq.
2. Cum dictionis natura an copulatiua vl' implicatiua. nu. seq. et. 4.
3. Opinio cōmunis est in decisiuis tenenda.
4. Collectiuo nomine seu appellatiuo vel copulatiue inuitati dicuntur oēs in viriles partes vocati propter clausulaz eque succedāt.
5. Appellatiuo noīe inuitati vel cū clausula cuz liberis suis eque succedant dicuntur omnes vocati viriliter.
6. Pactum vel transactio contra. l. de his. C. de trāsac. an valet si est iuratum pactū illis verbis inspectisqz testamēti clausulis. nu. seq.
7. Juramentum artat iurantem ad obseruātiam cōtractus iurati licet non firmet cōtractum qui vitiatur in alterius odium.

Consilium. ccxl.

7 possit se intromittere circa merū possessoriū per predicta. † Itez secōda ratione videtur respondendū pro parte ciuitatis nucerine: quia libellus pro parte actoris ꝓductus videtur ineptus. Naz in calce libelli dicitur ꝙ intētatur remediū canonis reintegrāda. iij. q. ij. Et antea premittitur ꝙ petitur per iudicē declarari decerni ⁊ terminari ſm seriem ⁊ formam sibi facte cōmissionis. Sed series et forma cōmissionis non videtur respicere remediū dicti ca. reintegrāda. Cuius pretextu nō sentētiatur rem pertinere ad actorez: sed possessionē debere sibi restitui ⁊ reintegrari: nec requirit remediuz illius cañ. qđ res pertineat ad actorē: sed satis est ꝙ possederit ⁊ possessio illa ad reum deuenerit vt probatur ibi. ⁊ in simili in l. si coloni. C. de agrico. ⁊ censitis. lib. xj. ⁊ in. §. fi. in auth. de mādatis pñ. prout habetur in dictis iuribus. et i. l. rem que nobis. ff. de acqui. pos. ⁊ in. c. cum ad sedē. ⁊ in. c. sepe. extra de resti. spo. Et iō dictus libellus videtur cōtinere repugnantiā et propterea vitiari. ar. l. vbi repugnātia. ff. de reg. iu. l. scripture. C. de fide instru. Preterea remediū dicti canonis reintegrāda videtur cōpetere qñ alia remedia possessoria non cōpetunt maxime interdictū vnde vi. Et propterea qñ deducitur taliter factū ꝙ cōpetit aliud remediū nō videtur intētari posse dictū remediū ca. reintegrāda. qđ videt̄ esse subsidiariū per id qđ habetur in. d. c. sepe. ⁊ c. cum ad sedem. circa remediū dicti canonis: ⁊ si intētatur nō videtur libellus ꝓcedere: quia intētans dictū remediū nō debet narrare ea q̄ pertinēt ad interdictū vnde vi. vel cōditionē ex. d. c. sepe vel hmōi: sed simpliciter narrare ꝙ tali tpe possedit talē rē ⁊ ꝙ postea iniuste vel sine cā cecidit a dicta possessione ⁊ ꝙ talis reus cōuentus hodie in eius preiudicium retinet ⁊ restituere recusat ⁊c. prout hec videtur velle Lapus in allegatione. lij. quē refert ⁊ nō impugnat. d. Ant. de bu. in. d. c. sepe. in penul. colū. versi. aduerte ad vltimū ⁊c. Sz in dicto libello narratur ꝙ Abbas ⁊ monasteriū predictū possedit dicta bona ⁊ postea dicta bona ꝑ abbatē ⁊ monasteriū possessa ꝑdcti nucerini occupauerūt ⁊ occupata detinēt: sed occupare dicit̄ ille qui ingreditur animo querēdi possessionē quā ipē nō habebat: sed erat penes aliū tempore ingressus quē ipse ingrediēs intendebat spoliare et sibi q̄rere possessionē que occupatio dicitur spoliatio: que spoliatio non cōmittitur sine violētia. l. j. §. possidere. et. §. idem labeo. ff. de vi ⁊ vi ar. ⁊ licet verbum occupatio sumat̄ qñqz pro occupāte possessionē vacantē. ff. de vsuca. l. scinditur. §. si occupaueris. ⁊ l. inuasor. C. vnde vi. ⁊ l. fi. eo. ti. ⁊ l. domū. C. de rei vē. ⁊ c. inter ceteras. de rescriptis. ⁊ c. generali. de elec. li. vj. Et quandoqz verificetur ⁊ qñ fit occupatio sine iniuria alicuius: vt in. l. si titi⁹. ⁊ ibi glo. ⁊ Bar. de verb. obli. ⁊ in. c. dudū. de preben. in. vj. et insti. de rerū diui. §. fere igitur bestie. §. plane. §. illud. ⁊ plurib⁹. §§. eiusdez titul. ⁊ vij. q. j. factus est cornelius. ⁊ c. nō iniuste. extra de ꝓcura. ⁊ c. si duo. eo. ti. lib. vj. ⁊ l. pluribus. ff. eo. ti. ⁊ de cōsecra. dist. v. nūq̄. et per psalmistā ibi preoccupemus faciē eius: tñ in casu nostro nō videtur posse sumi dictis modis cū dicatur i libello qđ occupauit bona possessa per monasteriū ⁊ abbatē ⁊ cōsequēter nō erāt vacātia ⁊ occupatio tēdebat in damnū ⁊ iniuriā possidētis: merito verba ipsa trahātur ad spoliationē. ⁊ maxime quia occupatio ꝓprie videtur se habere in malā partez: vt. l. ob maritorū. C. ne vxor pro marito. ⁊ d. l. domū. vt ꝑ gl. in verbo occupari. in cle. j. de sequestra. pos. ⁊ fru. ⁊ per glo. Pau. de lea. in clemē. frequēs. de excess. prela. Procedere autē videretur dictus libellus tenendo opinionē quā tenet Specu. in titu. de resti. spo. §. j. versi. quartū est. dicēs ꝙ intentans remediū dicti ca. habet probare necesse possessionem ⁊ deiectionem. allegat. c. cōsultationibus. de offi. delega. ⁊ Bal. in quodā suo cōsilio incipiente ad euidētiā premittendū. dicitur voluisse ꝙ dictus cañ. reintegrāda requirit spoliationē a principio interuenisse: ⁊ Inno. in. d. c. cum ad sedē. sentire videtur ꝙ ille ca. nō inducat aliquod nouū remediū: sed opus sit ꝙ agat alijs remedijs petentibus volens agere possessorio. et sic intelligit eum ibi Host. vel sentit ipse Inno. ꝙ ille ca. complectatur omnia remedia antiqua: prout eum ibi refert Ioā. calde. pro quo facit litera illius ca. in qua exprimuntur tantū ea super quibus erat al's pulsum a iure ſm Panor. in. d. c. cum ad sedē. ⁊ ꝙ nouū remediū nō inducat sentire videtur Io. post Inno. in. c. sepe. sup gloss. si aūt dicta opinio esset vera iustitia videret̄ magis aperta pro pte nucerina. Nam fuisset probāda spoliatio que non est vllo modo ꝓbata: quinimo nec articulata in meritis cause aliquo modo deducta. Dato autē qđ dicta opinio non procederet ⁊ sine preiudicio veritatis qđ ꝑdicta que respiciunt processum minime habeāt obstare. Sed omnia rite processerint: nihilominus videtur qđ nucerini in meritis cause foueant iustitiam. Adeo qđ sint diffinitiue absoluendi a petitiōe ꝓducta pro parte agētis. nā ipsa cōmunitas nucerina pulsata ꝓbare videtur per multos testes de sua antiquiori ⁊ recentiori possessione. Fecit eniz examinari pro parte sua in hac causa plusꝙ cētum testes super dicta possessione ipsi⁹ cōmunitatis ⁊ nōnulli dictoruz testiū probare videntur de possessione lōge antiquiori quā sit possessio sup qua deponūt testes ꝓducti. ⁊ etiā possessio dicti cōmunis ꝓbari videtur per multas locationes factas pro parte dicti cōmunis diuersis personis a. xxx. annis citra. q2 singulis annis ⁊ mercedes inde ꝑceptas que dicūtur probari per publica instrumenta iuxta nota. per docto. in. l. q vniuersas. §. qui per colonum. ⁊ in. l. quāuis. §. j. ff. de acqui. pos. ⁊ in. c. inter dilectos. extra de fide instru.

8 † Et deueniendo ad probationes testium: primo probari videt̄ per infinitos testes vtriusqz partis de possessiōe dicti cōmunis a. xxx. annis. ⁊ citra seu a tempore quo fuerunt expulsi domini de trincis: qđ tempus fuit iā sūt elapsi. xxx. anni ⁊ vltra. Nec videtur obstare si quis diceret qđ aliqui ex dictis testibus sūt nucerini: ⁊ maxime dictus sanctes bertoni q deponit de. lxxx. annis qđ sibi nō credat̄ tanq̄ deponenti in causa propria p. l. nullus. ff. de testibus. ⁊ l. omnibus. C. eo. titu. cum similibus. Nam respōdetur qđ testis potest deponere in causa vniuersitatis ꝓ sua vniuersitate: dūmodo non deponāt super re ex qua percipiāt singulariter cōmodum: prout notant doc. in. l. sz si hac. §. qui manumittit. ff. de in ius vocan. ⁊ in. l. intātum. §. vniuersitatis. ⁊ l. sicut. ff. qđ cuiusqz vniuersi. nomine. ⁊ in. c. cum nuncius. ⁊ in. c. insuper. extra de testibus. ⁊ per Cy. bal. ⁊ doc. in. l. parentes. C. eo. tit.

9 † Unde testes nucerini in hac causa non sunt repellendi: presertim cuz iuuentur adminiculo plurium testium omni exceptione maioruz. iuxta notabilem theoricam bal. Ang. ⁊ aliorum in. l. si quis ex argētarijs. in princi. ff. de edendo. Qui dicunt qđ si vnus testis nō est fidedignus: puta q2 infamis infamia facti si concurrit alter testis multū fidedign⁹. Isti duo testes faciunt plenam probationem: q2 defect⁹ illi⁹ testis suppletur ꝑ integritatem alterius: ergo in proposito: dato quod testes nucerini nō essent in hac causa fidedigni: tamen iuuati alijs adminiculis ⁊ depositiōibus aliorum testiū efficiuntur fidedigni. Adminiculatur etiam predictis: quia per multos testes deponitur quod villa andoline in cuius pertinētijs sūt site res de quibus agitur est intra fines ⁊ de territorio ciuitatis nucerine.

10 † Et res que sunt intra fines territorij in dubio censentur esse vel penes vniuersitatē seu dominū territorij vel penes singulares personas vniuersitatis. ⁊ videtur de mente text. in. c. j. §. item si quis. quibus mo. feu. admit. in vsi. feu. ⁊ ita sentit ibi Bald. in positione casus. Facit etiā id qđ dicit idē Bald. in rubrica. C. de ꝯtrahen. empt. in. xxij. q. dicens qđ illud quod est intra fines presumit̄ esse illius cuius sunt fines. p. l. de sacra. §. fi. ff. de ꝯhen. emp. Facit qđ dicit Pau. de cast. in. l. j. de acq. pos. dicēs qđ loca que sunt intra fines presumūtur esse cōitatis eius cuius sunt fines: ex q̄bus oib⁹ videtur cōcludi qđ cōitas nucerina hz validas ꝓbationes sue possessiōis q̄ videtur longe validiores quā sint ꝓbationes monasterij. Nam pauci testes ꝓbare videtur de possessiōe dicti monasterij respectu multoꝝ testiū dicte cōitatis ⁊ multi nō reddunt sufficientem causam scientie. Et insup non ꝓbant de tam antiqua possessione: prout ꝓbare videtur testes dicte cōitatis. Non eñ deponit ali-

11 quis de possessione. lxxx. annorū. † Et oēs videntur singulares ratione diuersitatis temporū ca. nihilominus. iij. q. ix. ⁊ ibi gloss. per Archi. ⁊ c. cum cām que. in tex. ⁊ gl. de testi. ⁊ ibi per docto. ⁊ per Inno. in. c. qualiter ⁊ qñ de accusa. ⁊ per Specu. in ti. de teste. §. j. ver. item qđ testes discordāt. ⁊ in. §. iam de interrogatorijs. sūt autem generaliter al's in versi. Item qđ de tpe in fine. ⁊ per. d. Ant. ⁊ Imolā in. c. cū oporteat. de accu. ⁊ ꝑ Bal. in. l. testiū. C. de testa. et in repe. l. de q̄bus circa finē. de. ll. ⁊ per eum in. l. actor qđ asseuerat. C. de ꝓba. ⁊ in. l. edicto. C. de edicto diui. vbi notabiliter dicit qđ ꝓut nō credit̄ testibus singularibus. ita nec credit̄ testibus q possūt esse singulares ⁊ nō singulares adducēs no. ꝑ Bar. in. l. celsus. ff. de vsucapio. ⁊ in ꝓprijs terminis circa ꝓbationē possessiōis ꝙ diuersitas in tpe vitiet attestationes q2 reddat testes singulares firmat Archi. in. c. nihilominus. iij. q. ix. vbi expsse tenet qđ non ꝓbatur etiā possessio. x. annorū si duo testes deponūt: vnus de. x. annis alter de. xv. quia in quolibet facto requirūtur ad minus duo testes ſm eum ꝑut refert Imo. in. l. inter pares. post prin. de re iudi. qui videtur idem sentire quo ad hoc vt si forent singulares in tpe non probarent: licet dicat qđ dicti testes sint ꝯcordes in. x. annis: q2 sub maiori numero annorū minor numerus cōprehēditur. arg. l. diem ꝓferre. §. si plures. ff. de arbi. ⁊ d. c. eo. ti. ⁊ l. j. §. si stipulāti. de verobli. cū si. Similiter in testibus deponētibus de possessione loqtur Bal. in. d. l. edicto. Ex quibus videt̄ qđ testes dicti monasterij nō probent possessionē dicti monasterij qđ sine dubio erat necesse pro fundāda intentione monasterij etiam pro parte dicte cōitatis re-

cõuente nihil esset probatũ: qꝛ reus absoluitur etiã si nihil doceat ex nõ iure agentis hoc est actore nõ probante suã intentionẽ. l. qui accusare. C. de edẽ. c. cũ eccle. sutri. in fi. de causa pos. ꝛ proprie. ꝛ. l. fi. C. de rei ven. cum infinitis similibus: multofortius succũbat in casu nostro in quo ipsa cõmunitas videtur tam plene ꝓbasse per maximũ numerũ attestationũ propter qꝺ exigebatur lõge plenior probatio ex parte dicti monasterij adeo qꝺ possumus dicere dictã cõitatem esse absoluendã ex duplici capite. scꝫ ex eo quia ipsa probauit iura sibi cõpetere circa possessionẽ et etiã quia pro parte dicti monasterij nõ fuit fundata intẽtio ipsius agẽtis: quia nõ videtur probatũ ꝙ monasteriũ vnquã possederit ea q̃ in petitione deducũtur. Et dato ꝙ ꝓbatũ fuerit de aliqua possessione dicti monasterij probatũ videtur de possessione recẽtiori quã fuerit possessio dicte cõmunitatis et possessio antiquior videtur esse iustior et possessio magis recens videtur iniusta ꝑut no. Bar. in. l. j. §. fi. et i. l. si duo. ff. vti possidetis. ꝛ i. l. celsus. ff. ꝺ vsucapio. ꝛ doc. in. c. licet cãm. de proba. ꝛ Bal. in disputatione sua de vi turbatiua ꝛ dñs Ant. in c. sepe. de resti. spo. Nec videtur iuuare posse pars dicti monasterij ex instrumẽtis productis quorũ aliqua cõtinẽt acta facta seu sententias latas, inter alias ꝑsonas ꝛ res inter alios acta alijs nõ ꝑiudicat: vt. C. res inter alios acta in rub. ꝛ nigro. ꝛ. l. sepe. ff. de re iudi. et. c. pe. extra. eo. titu. cum simi. Aliqua cõtinent varias locationes factas diuersis ꝑsonis de diuersis rebus et diuersis tẽporibꝰ. Nec apparet de solutione alicuiꝰ mercedis nec ꝙ cõductores possederint. Unde nõ probatur ex his instrumẽtis possessio iuxta ea que habẽtur in. d. §. ꝙ per colonũ. ꝛ in. d. l. ꝗuis. §. si cõductor. ꝛ in. d. c. inter dilectos. ꝛ insup non videtur cõstare de idẽtitate rerũ ꝛ multa alia adducũtur ad tollendũ fidem. s. dictis instrumẽtis. q̃ breuitatis cã omitto: sed. j. reassumã quatenus occurreret ad ꝓpositum. Dato autẽ sine ꝑiudicio ꝙ predicta instrumẽta ꝓbarẽt dicta bona illo tpe pertinuisse ad dictũ monasteriũ ꝛ ꝑ illud fuisse possessa: nihilominꝰ dicta cõitas nucerina videtur fouere iustitiã mediãte ꝑscriptione: cum habeat testes deponẽtes de possessione. lxx. ꝛ. lxxx. an. Sufficit aũt prescriptio quadragenaria cõtra ecclesias. auf. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. et. c. ꝺ quarta. cũ simi. extra de ꝑscrip. Nec requirit titulus nisi vbi ius cõmune repugnaret: vt in. c. si diligẽti. eo ti. ꝛ in. c. j. eo. ti. lib. vj. Nec dicta instrumẽta causant malã fidẽ dicte cõitatis cum fuerint inter alios acta. et in facto alieno cadit ꝓbabilis ꝛ verisimilis ignorãtia. l. fi. ff. ꝓ suo. ꝛ. l. verius. ff. de ꝓba. ꝛ in. l. qui in alterius. ff. de reg. iur. ꝛ in. c. cum quis in ius. eo. ti. lib. vj. Et ex tam lõgissima possessione debet re-

12 sultare ꝑsumptio bone fidei. † Nam ex possessione cõtinuata. xxx. an. inducitur ꝑsumptio bone fidei: ꝑut voluit Bar. in. d. l. celsus. ꝛ in. l. fi. C. vnde vi. per illũ tex. Licet quidã moderni cõtra in. d. l. celsus. maxima tamẽ est autoritas Bar. ꝛ ille tex. satis innuit di-

13 ctũ Bar. licet necessario nõ probet. ¶ † His tamẽ no ob. vr̃ dictũ monasterium fouere iustitiã in causa possessorij intẽtata. Intẽtauit eñ remediũ ca. reintegrãda. iij. q. j. qꝺ remediũ sine dubio cõpetit ecclesijs pro rebus ecclesiasticis et generaliter etiã clericis ꝑ eorũ rebus ꝑprijs: prout volũt Jo. cal. Jo. de lig. ꝛ. d. Anto. ꝛ Panor. in. c. cum ad sedem post gl. ibi de resti. spo. qꝺ tenet Lapus in sua allegatione. lij. ꝛ cõiter tenetur adeo ꝙ nõ est a tali opi. recedẽdũ: ꝑut laicis ꝑut dicit Imo. in. d. c. sepe. Quinimo qdaꝫ tenẽt ꝙ etiã ꝯpetat laicis: ꝑut ꝛ tenet. d. Ant. ibi qꝺ ꝛ videt tenere Bart. in. d. l. si coloni. allegãs Inn. ꝛ Jo. an. in. d. c. cum ad sedẽ. sed melius allegasset eos. in. d. c. sepe. alij aũt quo ad laicos tenent cõtrarium: sed nõ est opus insistere: quia nõ sumus in laicis: ſꝫ in ecclesia ꝛ in rebus ecclꝛiasticis: ꝛ licet aliqui velint ꝙ dictus ca. nõ inducat nouũ remediũ: vt. s. deductũ est. Et ſm hoc nõ fuisset apte intẽtatum remediũ illius ca. qꝺ nullũ esset tamẽ cõiter tenet qꝺ imo inducat nouũ remediũ: ꝑut voluit Inn. in. c. querelã. de elec. ꝛ videtur tenere gl. in. d. c. cum ad sedẽ et in. d. c. sepe. vbi glo. videtur velle qꝺ cõpetat etiã cõtra ignorãtẽ. qꝺ ꝛ voluit Hoff. in. d. c. sepe. et in summa eo. ti. §. sciẽdũ. ꝛ Archi. in. d. ca. reintegrãda. ꝛ Bar. in. l. fi. C. de fur. ꝛ in. d. l. rem q̃ nobis. ꝛ in. d. l. si coloni. qꝺ ꝛ voluit Host. in sum. de resti. spo. §. j. ver. sed cõditio. et ipse Host. Jo. and. Jo. cal. Jo. de lig. d. Anto. Imo. ꝛ Panor. in. d. c. cum ad sedẽ. ꝛ cõmuniter tenetur ꝑut ibi dicũt Imo. ꝛ Panor. ꝛ in practica obseruat: prout voluit Lapus in dicta allegatione. lij. ideo nõ est ab ea recedendũ. l. minime. ꝛ. l. si de interꝑtatione. ff. de legibus. facit ca. cum ecclesia. iij. q. ij. qꝺ innuit omnia esse restituẽda que cõtra voluntatẽ rectoris possidẽtur. Et videtur referri ad dictũ ca. reintegranda. Nec huic opi. ob. d. c. cum ad sedẽ. quia ibi fuit intentatum interdictũ vnde vi qꝺ requirit spoliationẽ violentã. l. j. et per totũ. ff. de vi ꝛ vi ar. ideo illud intentans succubuit nõ ꝓbata spoliatione. Nec etiã ob. d. c. sepe. quia ibi ꝓuidetur de nouo remedio. cõtra scienter incedẽs in re per violentiã occupata. qꝺ remediũ generaliter prouidet nedũ clericis: sed etiã laicis: quia generaliter loquitur nõ distinguens. ar. l. iij. ff. de offi. presi. ꝛ. l. j. §. generaliter. de leg. ꝑstã. cum si. ꝛ ita generaliter ipsum intelligũt doc. Dictus autẽ canon reintegranda nõ loquitur in laicis. Et licet quidã ad eos trahant: tamẽ multi sunt in cõtraria sententia. s. ꝙ non cõpetat laicis: prout fuit Lap. in. d. alleg. lij. ꝛ Jo. cal. in. d. c. cum ad sedẽ. Imo. ꝛ Panor. in. d. c. sepe. ꝛ libellus retenta hac cõmuni opi. fuit

14 apte ꝯceptus sup dicto remedio. † Nec aliqd in dicto libello deducitur per qꝺ censeatur aliquod remediũ intentatũ puta interdictũ vnde vi vel simile. Naꝫ licet dicatur qꝺ nucerini occupauerũt ꝛ detinent occupata dicta bona possessa per dictũ Abbatẽ ꝛ monasterium: nõ tamen deducitur qꝺ spoliauerint dicti nucerini dictum Abbatẽ seu dictuꝫ monasteriũ: quia verbũ occupo varijs modis sumitur: ꝛ q̃nq꜡ in bonam: ꝛ quãdoq꜡ in malam partem ponitur ꝛ quãdoq꜡ indifferenter vt in iuribus. s. post principiũ adductis. ꝛ ꝑ Bar. in tractatu tyberiadis. in. iij. lib. de insula super verbo nullius enim. ꝛ in. l. si pluribus. ꝺ lega. j. ꝛ in. l. iij. §. si quis nũciet. ff. de acquirẽ. pos. cum multis simi. Et cuꝫ varijs modis sumatur ꝺbet intelligi prout cõuenit subiecte materie. arg. l. si vno. in ꝑin. ff. locati. ꝛ. l. si stipulatꝰ. ff. de vsur. ꝛ. l. eas causas. ꝛ. l. pater seuerinã. in ꝑin. ꝛ. §. conditionũ verba. cum cõcor. Ideo positũ in libello intẽtato sup remedio ca. reintegranda debet intelligi ꝑut cõuenit illi remedio ꝛ taliter vt libellus valeat ꝛ nõ vitietur. ar. l. quoties. ff. de rebus dubi. ꝛ. c. si papa. de priuile. lib. vj. Et debet interpretari ſm intentionem libellantis. l. si quis intentione ambigua. ff. de iu. Nec libellans videtur voluisse taliter sumere qꝺ suus libellus vitietur. arg. l. tertie. ff. de mili. testa. Et si quã esset super hoc hesitatio poterit declarare cum stetur sue declarationi per. d. l. si quis intentiõe ambigua. ꝛ. l. inter stipulantẽ. §. si stichũ. ꝺ verb. obli. ꝛ. ff. de regu. iur. l. in ambiguis orationibus. nec est verum qꝺ in casu nostro verba necessario tendant ad spoliationem. Nam licet premittatur qꝺ monasterium possedit qꝺ necessarium fuerat ad fundanduꝫ illud remediũ dicti ca. ꝛ subdatur qꝺ nucerini occupauerint dicta bona possessa per dictũ Abbatem ꝛ monasteriũ. Non tamẽ ex hoc ꝺducitur spoliatio cum non dicatur qꝺ Abbas cõuentus ꝛ monasteriũ possiderent tempore occupationis cum illud participiũ possessa sit participiũ preteriti temporis. Et sic satis verificat̃ si Abbas ꝛ monasterium possideret ante occupationẽ factam ꝑ nucerinos. Et dato ꝙ tempore occupationis possideret: non tamen infertur qꝺ nucerini occupando spoliauerint monasteriũ possessione: adeo qꝺ spoliato cõpeteret remediuꝫ interdicti vnde vi. vel dicti. c. sepe. quia potuit esse qꝺ ignorarent possessionẽ dicti Abbatis monasterij. Et si sciuissent potuerunt occupare querendo possessionẽ naturalem vacantẽ. Et sic quesiuissent possessionẽ clandestinã non violentaꝫ. l. clam possidere. in ꝑin. ꝛ. §. qui ad nũdinas. ff. de acquirẽ. pos. facit. l. prohibere. §. clam facere. ff. ꝙ vi aut clam. Et monasterium sciens possessionẽ occupatã fuisset negligens in ea recuperãda quo casu perdit suam ciuilẽ. l. si de eo. §. si forte. eo. titu. ꝛ facit. l. si id quod. §. fi. eo. ti. ꝛ. d. §. si quis nunciet. ꝛ. l. ꝙ meo. §. si primo responso. eo. titu. Et tunc occupatio se haberet in malã partẽ: quia in clandestinitatẽ. ꝛ tum tunc forte non cõpeteret interdictũ vnde vi: vcꝫ ꝯditio ex dicto. c. sepe. Licet quãdo perderet ciuilẽ: eo quia suspicaret se posse repelli iuxta. l. si id quod. §. fi. ꝛ. l. iij. §. si quis nũciet. de acqui. pos. videatur cõpetere: vnde interdictuꝫ vnde vi ſm

15 glo. Bar. ꝛ Ang. in. l. j. §. siue autẽ. ff. de vi ꝛ vi armata. † Cũ ergo generaliter loquatur qꝺ occupauit ꝛ nõ venit ad speciẽ occupationis nõ potest dici ex narratis cõpetere aliquod ex dictis remedijs vel simile. Et ideo libellus nequit ex hac causa vitiari. Et per ꝯsequens cõmunitas nucerina nõ potest ex ineptitudine libelli se iuuare: nec etiã potest iuuare: quia libellꝰ nõ se cõformet cum rescripto. Et sic causa intẽtata non cõprehendatur sub ꝯmissione iudicis ſm ea que. s. deducta sunt nõ repeto: quia respõdetur qꝺ verbũ pertinere in rescripto positũ est latissimũ. ff. de verbo. signi. l. verbũ illud pertinere. vbi est expressum qꝺ ad nos pertinere dicitur id qꝺ possidemus vel in ea causa est vt possidere valeamus: prout est habere actionẽ ad querendã possessionẽ: ꝛ propterea illa verba in rescripto posita ꝛ illas ac ꝑfatũ monasteriũ saxi viui caput ꝛ corpus dicti monasterij sancti Petri spectare ꝛ pertinere satis verificatur in casu nostro in quo dictũ monasteriũ pretẽdit in libello se habere remediũ possessoriũ ad aduocandã possessionẽ dictorũ bonoruꝫ

16 per iam dicta. † Nec ob. si quispiã diceret qꝺ dicta verba nõ habẽt dictũ intellectũ ex eo quia de possessione satis erat dictũ in precedentibus verbis ibi per illius abbatẽ monachos ꝛ cõuentũ tẽtas ꝛ possessas fuisse reperiret ꝛ copulatiua poni debeat inter diuersa vt no. in rub. ff. de iur. ꝛ fac. igno. Nam rñdetur qꝺ imo satis ponitur inter diuersa: qꝛ possibile esset qꝺ fuissent tẽte ꝛ possesse ꝑ abbatẽ monachos ꝛ cõuẽtũ: ꝛ tamẽ nõ spectare nec ꝑtinere ad dictũ monasteriũ etiã iure possessionis puta si iuste cecidisset a possessione vel fuisset prescriptũ aduersus remediũ possessoriũ. Uel possessores potiora iura haberẽt etiã circa possessionẽ dictarũ rerũ quibus casibus verificarẽtur ꝑcedẽtia verba tentas ꝛ possessas fuisse. Et tamẽ non spectarent ꝛ ꝑtinerent ad dictũ monasteriũ. ꝛ sic nõ verificarentur verba sequentia spectare ꝛ pertinere ꝛc. Unde satis addit ad ꝑcedentia illa copula ꝛ: licet in vero si diligẽter inspiciantur verba dicti rescripti: illa verba ꝛ illas ad ꝑfatũ monasteriũ ꝛc. spectare ꝛ ꝑtinere determinãtur a verbis sequentibus declaret decernat atq꜡ determinet ꝛ nõ per precedẽs verbũ reperiret. est ergo

sensus

sensus ꝙ si reperiret dictas terras fuisse tētas ⁊ possessas per abba
tem monachos ⁊ 𝔮uentū dicti monasterij decernat iudex ⁊ decla
ret illas pertinere ⁊ spectare ad dictū monasteriū saxi viui. Et per
hoc euitatur arg. in contrariū. s. factū quo ad ista verba ⁊ illas spe
ctare ⁊ ptinere ⁊c. Nihilominꝰ posset qs dicere qḋ simile arg. mili
tat in precedentibus ꝟbis eiusdē rescripti ibi: que dicti monasterij
sancti Petri ⁊ per illius abbatē monachos ⁊c. Sed nihilominus
rūdetur qḋ illa ꝟba que dicti monasterij sctī Petri fuisse reperiret
possunt intelligi pluribꝰ modis: q꞉ genitiuus varijs modis sumi-
tur in iure. nā qñq꞉ causam efficientē quasi causā materialē. qñq꞉
formalē vt hec oīa probātur in quolibet principio librorū. ff. ⁊ C.
vt in rubro. ⁊ doc. tradūt in rub. de no. ope. nū. Nō insisto q꞉ nō ad
propositū. Itē qñq꞉ respectu dominij: vt. l. ij. §. in locū. de relig. et
sump. fune. ⁊ l. j. ff. de seruo corrup. ⁊ l. si postulauerit. §. de eo. ff. de
adul. Qñq꞉ possessionē ⁊ detentationē: vt. l. j. §. ait pretor. cū seq. ff.
naute cau. stabu. ⁊ l. j. §. ij. ff. arbo. fur. cesa. ⁊ l. j. §. domū. de alea. ⁊
l. lege cornelia. §. domū. de iniur. ⁊ l. si qs. domū. de adul. Et q꞉ va-
rijs modis sumit̄ in iure qñ reperit̄ positus in aliqua dispositione
sumitur: put suadet subiecta materia per iura vulgaria. put tra-
dit Bar. ⁊ doc. in. d. rub. de no. ope. nun. inferēs ꝙ si statutū dispo
nens ꝙ dans dānū in rem alterius puniat̄ ⁊c. Tale statutū verifi
catur in re ab alio possessa ⁊ sic ille genitiuus alterius denotat do
miniū in statuto penali. ⁊ sic restringēdo. Et idē ꝙ in dicta rubri-
ca sentit etiā idē Bar. in pma cōsti. C. ⁊ dicit Bar. hanc esse cōmu
nem opi. Unū satis verificātur dicta verba si reperiretur fuisse di-
cti monasterij sancti Petri quo ad possessionē: ⁊ etiā verificarētur
17 si reperirētur fuisse quo ad dominiū dicti monasterij. † Sed quia
supplicās ⁊ rescribēs nolebant ꝙ causa petitorij cognosceret̄ per
iudicē delegatū saltē si dictū monasteriū nunꝙ̄ reperiretur posse
disse: ideo copulatiue subiungit̄ si reperiret fuisse detētas ⁊ posses
sas per dictū monasterium: nō ex eo q꞉ requireretur vtrūq꞉: ita ꝙ
vnū differat ab altero: sed voluerūt ꝙ non sufficeret primum sine
scdo. Sed si reperiret̄ fm illud sufficeret eo: quia in scdo verificatur
etiā primū prout sub specie genus verificatur put si diceretur si re
periret fuisse animal ⁊ hominē nō sufficeret primum: q꞉ deficeret
scdm copulatum: sed scdm sufficit: q꞉ vtrūq꞉ reperitur: ita in ppo-
sito quia fuisse monasterij pōt cōtingere multis modis. ⁊ ratione
dominij possessionis vel detētationis nō sufficit ad verificandā di
ctam 𝔮missionē. illud primū si fuisse monasterij reperiret nisi 𝔮cur
rat etiā scdm. sed tū scdm sufficit: q꞉ tunc verificatur etiā primum.
Uel dicamus ꝙ quia ad victoriā reportandā in petitorio nō req-
ritur ꝙ vnꝙ̄ fuerit habita possessio per agentē: sed sufficit ex par-
te agentis dominiū vel simile ius cōueniens actioni intentate. l. in
rem actio. ff. de rei ven. ⁊ l. j. C. de alie. iu. mutā. cā facta. cum infini
tis similibus. Et similiter pro obtinendo in possessorio nō reqri-
tur probatio dominij. l. naturaliter. §. nihil cōmune. de acqui. pos.
⁊ l. cū fundus. ⁊ l. colonus. ff. de vi ⁊ vi arma. ⁊ d. c. in literis. ⁊ d.
l. si coloni. cum multis similibus. ideo dicta verba nō sint in dicto
rescripto interpretanda vt predicta duo copulata simul 𝔮currere
debeant nisi quatenus essent necessaria pro victoria reportanda:
q꞉ qñ in rescripto duo copulatiua narrātur quorū alterū sufficit.
pro eo qḋ rescribitur nō requiritur 𝔮cursus vtriusq꞉ vt est tex. nota
bilis in. c. ij. extra. de rescrip. vbi gl. ⁊ doc. hoc no. Pro quo etiā fa-
cit quia in dicta supplicatione nūꝙ̄ narratur ꝙ dicte terre seu pos
sessiones fuissent sub dominio dicti monasterij ⁊ etiā nō iniungi-
tur iudici ꝙ habeat declarare aliquid super dnio. Sed in narra-
tione generaliter dicitur ꝙ dicta bona pertinebāt ad monasteriū
sancti Petri ⁊ in cōclusione petitur cōmitti qḋ declarent̄ dicta bo
na pertinere ⁊ spectare ad dictū monasteriū. Et sic in narratione ⁊
in cōclusione nō restringit̄ supplicans dominiū: sed generaliter se
retulisse videtur ad oīa iura ex quibꝰ deduci possent bona illa ad
monasteriū pertinuisse ⁊ ptinere. Unde nō est verisimile ꝙ p illa
ꝟba media si reperiret fuisse monasterij voluerit se arctare ad aliḋ
ius quā illud qḋ sibi sufficeret pro verificādā cōclusione ⁊ verificā
dis narratis cum ex precedētibus et sequētibꝰ media declarētur.
l. si seruus plurium. §. si. de leg. j. ⁊ l. si legato rū. de lega. ij. ⁊ l. q filia-
18 bus. de lega. j. cum simi. † Preterea ista veniebant discutiēda an-
te litis cōtestationē. Quinimo ab ipso initio anteꝙ̄ ad alios actꝰ
pcederetur: quia respiciebāt iurisdictionē iudicis. ⁊ sic an cā in li-
bello deducta cōprehenderetur sub iurisdictiōe iudicis delegata.
Unde ante omnia fuerat de hoc discutiendum. l. sed ⁊ si suscepe-
rit. ff. de iudi. Et saltē fuit preclusa via per litis contestationē quia
postea nō possunt opponi exceptiones dilatorie vel declinatorie.
l. fi. C. de excep. ⁊ l. ita demum. C. de procura. ⁊ l. exceptionē. C. de
proba. ⁊ l. si conuenerit. ⁊ l. cum quedā puella. l. prin. ff. de iurisdi.
om. iudi cum simi. Ad hec glo. ij. in. l. ex quacunq꞉. ff. si qs in ius
voca. non ie. ꝙ si citatus a non suo iudice cōparet ⁊ nō opponit de
incōpetentia valet pcessus: quia censetur prorogata iurisdictio. ⁊
doc. eam approbant. Et per hāc viā etiā possent repelli alia que
adducerentur cōtra libellū vltra iam dicta. Et etiam quia fuerūt
19 cōtra libellū opposite exceptiones generales. † Et per processum
ad vlteriora censetur tacite super eis pronūciatū: vt in. c. ex parte.

M. de appel. cum notatis ibi. ⁊ in cle. si quis a repulsione. eo. titu.
et in. l. ij. §. si dubitetur. ff. de iu. ⁊ in. c. exhibita. de iudi. ⁊ p Specu.
in titu. de excep. §. nunc videndū versi. ⁊ no. fꝫ Ubertū. ⁊ facit. l. ꝙ
in diem. §. si rationē. de cōpensa. ⁊ l. finautē. §. si quocūq꞉. de neg.
gest. ⁊ no. Bal. ⁊ Ang. ⁊ Rapha. in. d. l. ex quacūq꞉. ⁊ Inn. ⁊ do.
Anto. in. c. ptere. de dila. ⁊ est cōmunis opi. licet aliter videatur
loqui Imo. in. d. c. preterea. ⁊ Pau. ð cast. in. d. l. ex quacunq꞉. Et
similiter si allegaretur ipsum agentē non esse cōmendatarium. Et
maxime quia fuit pronunciatū expresse mādata legitima. ⁊ sic fuit
legitimata persona pcuratoris a cōmendatario cōstituti agētis
nomine monasterij. Sed si ipsum cōstituens non fuisset cōmenda
tarius monasterij ille procurator nō habuisset legitimum manda
tum in causa monasterij. Cuius cōtrariū per sententiā declaratur:
ergo ⁊ per sententiā declaratur cōstituentē esse cōmēdatariū dicti
monasterij: quia posito 𝔮sequenti ponitur necessariū antecedēs. l.
illud. ff. de acqui. here. ⁊ l. ad rē mobilē. ⁊ l. ad legatū. ff. de pcura.
et. l. ij. ff. de iurisdi. om. iudi. et facit. l. oratio. ff. de sponsa. cum simi.
Preterea in conclusione rescripti iniungitur iudici quid habeat
agere: ⁊ sub quibus cōditionibus habeat sentētiare. Naz sibi iniū
gitur ꝙ si reperiret bona fuisse dicti monasterij santi Petri: ⁊ per
eius abbatē monachos et cōuētum possessa declararet ea ptinere
et spectare ad monasteriū saxi viui: non ergo videtur iniunctū ipsi
iudici nisi cognoscere ⁊ videre an fuerint dicti monasterij ⁊ eiꝰ no
mine possessa. Et his cognitis pcedere ad sententiā. Ista aūt alia
scꝫ an supplicans foret cōmēdatarius ⁊ an dicta monasteria sint
vnita opponenda erant ab ipso initio ad deducendum rescriptuꝫ
subreptitium: licet in hoc non faciaꝫ fundamentū. Maxime quia
si de cōmenda ⁊ vnione in dubiū verteretur de facili probari pote
rit si erit oportunū. Et forte est probatū imo prout postea percepi
de cōmenda ⁊ vnione est plene probatū per autētica documēta.
Uidetur igitur ꝙ nihil obstet agēti quominus iudiciū rite pcesse
20 rit ad litis cōtestationē ⁊ ad merita cause. † Et pfecto circa meri
ta cause dictum monasteriū fouet iustitiā: naz est premittendū ꝙ
in hoc remedio intentato. s. dicti cañ. reintegrāda. sufficit probare
agentē possedisse. ⁊ postea a possessione cecidisse ⁊ reum cōuentū
possidere: nec requiritur pbatio spoliationis imo pleriq꞉ tenent
ꝙ probatio spoliationis seu allegatio sit cōtraria remedio intēta-
to dicti cañ. reintegrāda: prout patet ex supradictis: nec etiā requi
ritur ꝙ tēpore quo reus conuentus intrauit possessionē ipse actor
possideret: quia verba generalia illius ca. hoc non requirūt: ⁊ doc.
propterea volunt ꝙ nō requiratur hec deducere vel probare: quia
sufficit qualitercūq꞉ ceciderit iniuste a possessione per literā illius
ca. ibi quascūq꞉ iniustas causas. Et maxime hoc voluit Io. cal. in
d. c. cuꝫ ad sedē. ⁊ Lapus in. d. allegatione. lij. dicit se ita obseruas
se ⁊ practicasse. ⁊ Panor. in. d. c. cuꝫ ad sedem. dicit hoc esse in pra
ctica obseruatū: ideo nō esset ab hoc recedendū in consulendo vel
in iudicando. Et ita dicit se cōsuluisse: ⁊ est cōmunis sentētia doc.
ibi. in. d. c. sepe. ⁊ in. d. l. rem que nobis. cum simi. habet etiā eccle-
sia aliud remedium possessoriū: quia potest implorare officiū iudi
cis quando negligentia prelati desijt possidere: vt est tex. in. c. acce
dens. ij. fm vnuꝫ intellectū. de quo ibi: ⁊ in. c. ex literis. de in integ.
restitu. Et per clausulas generales appositas ī libello potest dici
etiam hoc remediū ⁊ quodlibet aliud intentatū per ea que haben
tur in. c. ij. de ordi. cog. ⁊ in. l. edita. C. de edē. ⁊ per do. Anto. in. c. j.
de iud. licet in hoc insistere nō expediat. Unde oportet duo extre-
ma probare vnum ꝙ dictū monasterium possederit dicta bona de
quibus in petitione. Aliud qḋ dicta cōmunitas nucerina hodie
possideat ⁊ nō possideat dictum monasteriū. Ex quo in consequē
tiam deducitur ꝙ si monasteriuꝫ hodie non possidet ⁊ olim posse
dit: ergo cecidit a possessione. Et si constat ꝙ cōmunitas nucerina
possidet sequitur in cōsequentiam ꝙ dictū monasterium nō possi-
det: quia duo nō possunt eandē rem possidere insolidū. l. iij. §. ex cō
trario. ff. de acqui. pos. ⁊ l. si vt certo. §. nunc videndū. ff. cōmodati.
De secūdo autē extremo. s. ꝙ ciuitas nucerina cōuenta possideat:
vtraq꞉ pars affirmat ⁊ testes vtriusq꞉ partis probāt. Et licet pro
parte cōmunitatis deducatur qḋ ea que possidebat olim monaste
rium predictum etiam hodie possidet. Tū multi testes deponunt
qḋ illa bona que ipsi ð ponūt qḋ olim possedit dictꝰ Abbas Iaco
bus pro dicto monasterio ⁊ q̄ deducuntur in articulo dicti mona
sterij possidentur hodie per dictam cōmunitatē prout est Christo
phorus Ioānis. xij. testis monasterij super quarto articulo. Itez
Bartholomeus no: i. v. testis. ⁊ Nicolaus vagnoli. ix. testis. ⁊ An
gelus Bartholomei. vij. testis. ⁊ rentius Ioānis. x. testis. ⁊ admi
niculatur vitalis Antonij. xvj. testis. Et ex articulis cōmunitatis
nucerine deprehenditur inspectis finibus ibi descriptis. sub qbus
cōprehenditur fines descripti in articulo monasterij vt oculata
fide iudex qui habet ad locū accedere poterit videre: vnde nō insi-
21 stendum. ¶ † Dato autē sine preiudicio veritatis ꝙ dicte attesta
tiones nō possent in tempore cōcordari: nihilominus dicendū est
ꝙ standū sit ipsis attestationibus: quia nō est necesse ad fundādā
intentionē dicti monasterij agentis probare pūctualiter tempus
possessionis sue. Sed est necesse probare. ita respectu temporis in

genere q possedit. Et q si probatur possessio per aduersarios qd sua possessio fuerit anterior. Unde nō probato pro parte cōmunitatis nucerine q possederit a. xl. annis. s. prout nō probatur: vt. j. deducam satis est ad fundandā intentionē agentis pbasse q possedit ante dictos. xl. annos. nam sibi sufficit quocūq tēpore prius possederit. Et propterea cum non sit vis questionis circa tēpus varietas temporis nō reddit testes singulares circa probandā possessionem: vt est glo. notabilis in. l. ob carmē. §. fi. ff. de testibus. z voluit Specu. in. d. §. nūc vero interrogatorijs. versi. iam d tempore. vbi dicit sufficere si vnus testis deponit qd vidit tali die puta die Martis titiū recolligere granum: si alius vidit eū z die Mercurij recolligere oleū vel fabas probatur per eos possessio. licet varient in tempore z in rebus recollectis. Satis eñ est qd in principali de quo agitur scilz in possessione cōcordant fm eum. Et idem voluit Inno. in. d. c. qualiter z qñ. z Ant. d but. in. d. c. cū oporteat. eo. ti. Nec refert q loquūtur de diuersitate diei z nos sumus in diuersitate annorū. qz nō est ratio differētie vtroqz eñ casu discordant in tpe z cōcordāt in possessione de cuius pbatione agitur. vbi aūt discordia in tpe vitiaret: Puta qñ ageretur de pbando vno homicidio furto adulterio vel alio particulari actu pbando: ita redderet testes singulares diuersitas in die put in anno: vt habet in. d. ca. nihilominus. z in. d. c. cum causam. q. de testibus. z in. d. c. cū oporteat. z vbiqz vbi de hac materia tractatur. Et hāc opinionē q circa probationē possessionis si testes nō concordāt in tempore nō vitietur eorū dictū. tenuit etiā Bal. in. l. de quibus. in penul. charta repeti. sue de. ll. z in. l. actor q asseuerat referēs Jaco. bu. C. d pba. z in. l. j. C. d testamētis. z in. d. l. ob carmē. z Hosti. z Jo. and. in. d. c. qualiter z qñ. el secūdo. z Specu. in ti. de inquisitione. §. nūc tractemus. versi. item sufficit. z Rapha. ful. in. d. l. ob carmē. §. fi. dicit doct. sequi hanc opinionē: licet glo. in. d. ca. nihilominus. z Ray. ibi aliud voluerint z ipse etiā idem tenet. z Cy. in. l. ij. C. que sit longa cōsuetudo. post Pe. z Jaco. de are. idē tenet. z Pau. de lea. in quadā sua questione que incipit cōtra instrumētū. z Jac. bu. etiā idem voluit in. d. l. ob carmē. §. fi. seu in fi. titu. qd Bar. etiā tangit in. d. l. ob carmē. §. fi. qd z voluit Panor. in. c. cū dilecti. de elec. sequens dictā glo. dicte. l. ob carmē. §. fi. z illā sequitur etiā Ang. in sua disputa. incipiēte astensis miles. vbi tractat: an testes singulares probēt quē vsurariū manifestū z tradit regulā q ad probādū aliquid vniuersale plura indiuidua cōprehendens nō requiritur q testes sint cōtestes nisi in illo vniuersali: licet sint singulares in actibus immediatis sup quibus deponūt: z exēplifica in possessione iurisdictiōis vnus q vidit decapitare talē alius q vidit suspēdere talē z etiā addit alia exēpla que omitto z nititur ex dicta gl. d. l. ob carmē. Unde hec videtur cōis opinio a qua minime videt in decisiuis recedendum iuxta no. per gl. in. l. omnis diffinitio. de reg. iur. z per Bal. i. l. precibus. C. de impuberū. dicētes adhereas te carroccio. z per doct. in. c. ne innitaris. de cōstitu. z. l. cum prolatis. ff. d re iu. z facit. l. minime. ff. de. ll. z. d. c. ne innitaris. z. c. prudētiam. de offi. dleg. Facit etiā pro hac sentētia qd habetur in simili in alijs terminis: nā ad probandū quez hereticū in genere sufficit q vnus testis deponat q vidit eū negare christū crucifixū z alius qd vidit eum negare aliū articulū: quia tales testes pbāt illū hereticum put voluit Jaco. bu. in. l. arriani. C. de hereti. z Bal. in. l. j. C. qui numero. tutelarum. z ad pbandū decimā recollectā si vnus testis dicit de. x. corbibus. z alter de. v. recollectis pro decima probant decimā recollectā: quia nō est vis in numero: z vtrūq dictū probat decimā recollectā: put voluit Specu. in ti. de teste. §. antepenul. post prin. z Joā. and. in. c. j. d arbi. Dicens q qñ agitur de probādo actū habentē cāz successiuā: z nō diuersificatur ex diuersitate actuū diuersitas in attestationibus circa diuersitatē actuū puta in quātitate vel in re vl' in alijs circūstantijs actuū nō reddit testes nō probātes: ex quo omnes ꝯcordant in illo iure vniuersali qd in se cōprehendit plura indiuidua: vt est ius decimarū z iurisdictio. Adeo q si vnus deponat sup articulo iurisdictiōis q talis cōdemnauit. v. hoies loci z alter de. x. bene probant. Et eadē ratione si agitur de probāda possessione iuris decimādi z vnus dponat q vidit percepi decimā fabarum et alius decimā grani. nihilominus probāt prout z voluit. Inno. z Jo. an. i. d. c. qualiter z qñ. et Spe. in dicto versi. item de tēpore. z licet Imo. in. d. l. inter pares. in. iij. col. z sequētibus videatur velle cōtrariū de rigore iuris. Tamē videtur velle q hec pars seruanda sit in practica ppter autoritatem accursij Inno. et Jo. andr Specu. Et ipse idez Imo. in vlti. col. versi. forte posset tolerari. videtur etiā in hoc cōcordare dum dicit posse tolerari q si vnus testis dicit q vidit titium tenere z possidere quia vidit recolligere hordeū: z alius quia vidit recolligere granū qd probent: qz sunt contestes in prima causa que sensu percipit. Et tamē ꝯstat q fm ꝯmuniter accidētia granū z hordeū nō recolliguntur eodē die. Et sic illa diuersitas in re denotat diuersitatez etiā in tempore cōsiderata cōmuni accidētia facti que cōsiderāda est. Et idē in pbatiōe possessionis iuris decimādi qd testes hmōi singulares illā probent. voluit etiā Bal. in. l. imperiū. ff. de iurisdi. om. in. xix. col. Et idem in pbatione fame voluit idem Bald. in dicta. l. j. C. de testamētis. Et multa in similibus terminis adduci possunt que tradunt doc. in diuersis locis. maxime in dictis iuribus. Ex quibus est concludendū qd nō obstet dicte pbationi possessionis si qua inter dictos testes est variatio tēporis. Ex quo oēs cōcordant in principali facto possessionis de quo agitur qd factū habet causam successiuā vt de se constat. Nā vna est possessio que cōtinuatur pluribus tēporibus prout est vnus homo. licet multis annis viuit. Et qui reperitur possedisse iam sunt. l. anni psumitur cōtinuasse possessionē donec contrariū apparet. Maxime si illud asserat. arg. l. siue possidetis. C. de pba. z ibi glo. z doc. z idem not. doc. maxime dñs Anto. Imo. z Panor. in. d. c. cū ad sedem. z habetur etiā. in. c. olim. el tertio. eo. ti. Adeo q ad pbandū q possidebat tempore spoliationis is qui habet pbare se spoliatū sufficit q deducat z pbet se tēpore anteriori possedisse: licet testes non deponant de tēpore propinquo spoliationi. Nam si asserit se cōtinuasse possessionē vsqz ad tēpus spolij resultat psumptiua probatio qd ipse tēpore spolij possideret que sufficit ad victoriā reportandā in possessorio recuperande etiā si sit interdictū vñ vi: prout doct. volunt in. d. c. cū ad sedē. z in. d. c. olim. Ad qd etiā no. per Bar. in. l. celsus. ver. qñ de cōtinuata. ff. de vsucapio. z Cy. in. l. sup longi. C. de longi tēpo. pscrip. Licet in casu nostro. s. in remedio. d. ca. reintegranda. nō sit necesse probare spoliationē. Et consequēter nō sit necesse probare agentem possedisse tēpore quo alius possessionem intrauit vt superius deductum est. Nec ob. qd tradit Archi. in. d. cap. nihilominus: qz rñdet Bald. in. d. l. j. C. de testa. in penul. col. q dictū Archi. intelligitur qñ variant in initio possessionis: quia vnus deponit qd incepit possidere iam sunt. xxx. anni. alius qd incepit possidere iam sunt. xx. anni. tertius qd incepit possidere iam sunt decem anni. C. subdit q dicto casu in minori numero sunt cōtestes. Pōt etiā dici q ibi agitur de probāda possessione in specie hoc est certo tēpore ad finē pscriptionis causande: ideo debēt esse cōtestes in tēpore. Et si vnus pbaret de possessione vnius decēnij z alter de possessione alterius decennij nō sunt cōtestes cū agit de probāda prescriptiōe in specie ideo requiritur q de codē decēnio cōcordēt. z hoc est qd voluit Bal. in. l. edicto. C. de edicto diui. Nec etiā obstat id qd in contrariū dicebatur z super quo pars aduersa videtur plurimū instare. s. q dictū monasterium etiā hodie aliqua possidet in dicto mōte vñ in illis verificētur attestationes z instrumēta monasterij de quibus instrumētis. j. subdemus. Nā rñdeo q isti testes quos pōderaui probāt generaliter de vniuerso qd cōprehenditur sub dictis cōfinibus nō de certis particularibus possessionibus quas hodie tenet dictū monasteriū que forte non sunt nedū vniuersum: sed nec decima quinimo forte nec cētesima. Preterea ex attestationibus apparet q bona que olim possidebat hodie possident per cōmune nucerij vt deducitur. Ex quibus demōstratū est dictū monasteriū ad plenū probasse intentionē suā per directas attestationes testiū de possessione directo pbantiū z ad plenū. Tamen qz iudex nō habet ad vnā speciem probationis se arctare iuxta. l. iij. §. eiusdē. ff. de testibus. ideo p parte dicti monasterij nō immerito sunt producta multa instra: ex quibus demonstratur q dicta bona petita z dictus mōs landoline de quo agit ex antiquissimo tpe fuit dicti monasterij sancti Petri: naz pduxit plura instra diuersarum locationū multarū possessionum factarū per prelatū dicti monasterij sancti Petri: varijs z diuersis psonis z tēporibus: possessiones aūt quas ad presens detinet dictū monasterium in dictis locis sunt pauce z parue prout mihi dicit z put ipse iudex ex inspectione oculorū poterit dignoscere: ita q ex dictis instrumentis dictarū locationū dignoscit q illo tēpore dictū monasteriū multa alia bona in dictis petinētijs possidebat. Que quidē instrumenta apparent facta in. M. cc. xcv. ex locatione aūt prestatur pbabilis cōiectura possessionis. ar. l. interdū. z. d. l. si rem aliquam. z. d. l. quis. §. j. z. d. §. q per colonū. z. d. c. inter dilectos. Licet in facto recenti fatendū esset qd nō probet plene possessionē nisi pbetur solutio mercedis vel forte q conductor ipse possederit vt cōductor prout habetur in. d. l. quis. z in. d. §. q per colonum. z in. d. c. inter dilectos.

